Aan Zyne Majesteit de Koning der Nederlanden tot bewys der eeuwige erkentenis over de uitmuntende van hem bekomene Weldaaden.

P E Wauters

DISPENSATORIUM

PHARMACEUTICUM,

BELGII

PAUPERIBUS CONGRUUM ATQUE DICATUM.

DISPENSATORIUM

PHARMACEUTICUM,


BELGII

PAUPERIBUS CONGRUUM ATQUE DICATUM,

AUCTORE

P. E. WAUTERS,

M. D. GANDAVENSI.



GANDAVI,

EX TYPOGRAPHIA VANRYCKEGEM-HOVAERE.

1831.

PROOEMIUM.

Cum *pauperes parcimoniæ aut avaritiæ causa in morbis suis sæpe vel nulla vel viliora, ætate corrupta vel effœta, fraudulenter mangonisata, vitiose composita medicamenta nanciscantur, præsertim ruri, ubi illis annue statuta summa ordinarie a minus licente medico vel chirurgo sufficiuntur; modus quærendus est miseram pauperum sortem ab hocce miseriarum auctario liberandi.*

Quocirca non conteram tempus frustra, puto, si quantum possibile medicamentorum penum simpliciorem, pauperum saluti crumenæque convenientem proposuero, cariora simplicia tam seorsim præparata quam in compositis conjunctim adhibita vel supprimendo vel alia minus sumtuosa, nihilominus æquivalentia, indigena præ primis, substituendo.

Sic modico sumtu bonis simplicibus et indegenis pauperes æque secure, certe et prumpte persanabuntur ac ditiores suis pretiosis exquisitis, peregrinis, delicatioribus compositis. Sicque non erit cur pauper quisquam ægrotus aut suæ sorti relinquatur, aut inerti pharmacorum farragine torqueatur potius quam juvetur: maxime rure, ubi ipsa tellus largiter eum undique remediis optimis circumdat, veluti mox in opusculi decursu patebit.

Verum quid frugis hic labor noster publico statui adferet, si medici proposita remedia non crebrius ac solent præscribere dignantur? Ad hoc tamen serio impelluntur a viris præstantissimis. LINNÆUS *primum ita loquitur: « Qui potest mederi simplicibus, dolose » et frustra quærit composita. »* BOERHAVIUS *ita: « Longe minora numero, longe simpliciora sunt, quæ » vitæ incolumitatem præstant, quam noster fingit » animus. »* GAUBIUS *sic: « Simplicitati quam maxi- » me in præscribendis remediis studeat medicus. » Pariter Ill.* HARBAUR *dicens:* Ider een die kunde en ervaring bezit, weet dat een verschil bestaet tusschen voor zynen lyder het noodige en gepaste te verordenen, en tusschen de kosten tot deszelfs genezing op eene nuttelooze en meestendeels aen den lyder zelfs schadelyke wyze te vergrooten.

Præcipua œconomia consistere videtur in adhibendis remediis indigenis. Idcirco nil satius arbitor,

quam ceu materiam medicam hic in usum ducere dissertationem meam sub titulo REPERTORIUM REMEDIORUM INDIGENORUM, a Societate Regio-Medica Burdigalensi coronatam in concursu anni 1809, *de qua societas dicit:*... Son travail.... sera très utile pour propager des connaissances exactes sur les vertus des médicamens indigènes et pour faciliter le traitement des maladies des pauvres, surtout dans les campagnes.

Proinde cujusvis regni substantias ordine quo in Repertorio habentur in priore opusculi parte recensebo, aliquas paucas earum proprietates obiter adjungens. Varia autem ex iis præparata et composita paucis cumulata materiis, in posteriore parte adnectam.

Nonnulla quæ ad rem nostram pertinentia in Pharmacopœa Belgica exarata existunt, hisce inserere superfluum foret, cum hæc omnium versetur in manibus, manente semper superius memorata restrictione.

Duo adjicere non inutile forsan judicabitur; videlicet vegetabilium tempus florescentiæ; cum pleraque ante, aliqua sub, alia post eam colligenda sint; etiam doses præscriptorum; quas pharmacopœus noscat fas est, ut quando dubitat num medicus in iis limitandis fortassis errarit, hunc consulat antequam medicamen præparet, aut (quod frequentius) ut

ægro dosim notificare valeat, dum oblitus est quid medicus ipsi injunxerit et is quoque neglexit in formula dosim designare.

Repertorium prædictum sibi in hoc opusculo locum vindicare lector facile perspiciet, ast illud integrum ultra 300 *paginas in*-8° *complectens adducere prolixius existimo; quocirca istius dumtaxat summarium exhibebo* *. *Quæ autem hic simpliciter asseruntur, illic plurimorum Auctorum, collegarum meisque propriis experimentis stabiliuntur.*

Non ommes medici in eadem medicamina fiduciam suam locant, sed aliis alia placent; propterea amplum aperui ipsis campum, in quo pro varia sua sententia varia carpendi ansam invenient, illæsa œconomia, cum universa pari parcimonia selecta atque confecta existant. Nec omnes singulas meas substitutiones comprobabunt; exotica quæ nunc sat facile et vili obtinentur, et quod quandoque succedaneis aut virtute plus minus præstare credent, aut commodius assumuntur, præferentes. Id vero de opusculi hujus utilitati nil demere videtur.

* Siqui totum Repertorium desiderabunt, id apud typographum hujusce opusculi prostat venale.

DISPENSATORIUM
PHARMACEUTICUM,
BELGII

PAUPERIBUS CONGRUUM ATQUE DICATUM.

Pars prior.

SUMMARIUM REPERTORII REMEDIORUM INDIGENORUM,

SIVE

BREVIS MATERIES MEDICA INDIGENA.

ABROTANUM OFFIC. ARTEMISIA ABROTANUM. *Avroon, averuit, alsem averuit.* R. p. 26 et 234. Fl. mense julio et septembri(*).

ABSINTHIUM VULGARE, ARTEMISIA ABSINTHIUM. *Ware Alsem.* R. p. 46 et 251. Fl. mense junio et julio.

In febribus intermittentibus substituitur Quassiæ amaræ (HUFELAND, BURTIN). Omnium amaricantium potest tenere locum, cum vires eorum possideat omnes (HALLERUS et COLLÉGE DE MÉDECINE DE LONDRES).

Gravem virosum suum fœtorem ætate et decoctione sine amaritiei jactura, penitus amittit.

ACACIA GERMANICA. *Sleepruim, sleedoorn, wilde pruimboom.* R. p. 1. Fl. mense aprili.

Succus inspissatus fructus nondum plane maturi optimum adstringens roborans se exhibet, ægyptia-

(*) Brevitatis ergo, litera R. REPERTORIUM, et literis Fl. verbum FLORET significabitur.

cum virtute superans et apud optimos auctores a pluribus jam seculis laudatum, quales inter alios sunt PROSPER ALPINUS, SIMON PAULI, BOERHAVIUS, SCHWENKE, DESBOIS DE ROCHEFORT, CULLEN etc.

Succus inspissatus Vaccinii Myrtilli et Asari hypocistidos ejusdem virtutis et forsan majoris efficaciæ est (Crantz). Multum tamen abest ut tot nitatur auctoritatibus quot succus Acaciæ Germanicæ.

R. p. 51. ACACIA VERA, MIMOSA NILOTICA, GUMMI ARABICUM et SENEGALENSE. *Arabische gom, ware Acacia.*

Nihil peculiare habet præ gummis Cerasorum, Prunorum, Malorum etc. (PROSPER ALPINUS). Æquivalet mucilago radicis Althææ inspissata (DE BEUNIE, BURTIN).

R. p. 21. Fl. aprili et per totam æstatem. ACETOSA, RUMEX ACETOSA. *Surkel, veld-zuring.*

Succus in scorbuto laudatur (BARTHOLINUS et MÉMOIRES DE L'ACAD. DES SCIENCES DE PARIS); in febribus ardentibus (BOERHAAVE) succo Citri, Aurantii et Limonii surrogari valet. Succus Ribesiorum pariter in hunc finem adhibetur.

R. p. 4. Fl. junio et julio. ACORUS CALAMUS, CALAMUS AROMATICUS. *Gemeen calamus, welrickende lisch.*

Planta stomachica, emmenagoga, carminativa substituitur Acoro Indico et Brasiliensi (CARTHEUSERUS, FALLOPIUS, ETTMULLERUS, SMETIUS, MURRAY, BUCHAN etc.).

ÆSCULUS HIPPOCASTANUM. *Ros-kastanie, wilde kastanie-boom.*

Cortex ejus secundum plurimos etiam recentiores medicos, inter optima Corticis Peruviani succedanea numerari meretur (ZANNICHELLI, SABAROT, DE LA VANNIERE, PEIPERS, BUCHOLZ, JUNGHANS, COSTE et

Willemet, Turra, Desbois de Rochefort, Hufeland, etc.).

Cortex ramorum mediocris ætatis in pulverem tenuissimum redactus, exhibetur (dictante Hufeland) repetita frequenter ast parca dosi, verbi gratia, ad grana x cum pulveris radicis Angelicæ archangelicæ granis iii, sic ut æger tempore apyrexiæ minimum semi-unciam sumat. Hac norma plerumque prima vice aut saltem secunda scopum nostrum attingimus. Si malum pervicax est, augetur dosis remedii et eadem ratione etiam dosis pulveris Angelicæ, usque ad unciam, dandam in febrium intervallo. Hora ante accessum datur granum Opii.

D. Sabarot corticem vult primum seu extimum seu epidermidem ut ait squammosam, interne coloris castanei clari.

Optime et facillime colligitur vere dum arbores glubunt et mense Augusto.

Cl. Hufeland contendit, fructum hujus arboris Corticem Peruvianum antecellere in quibusdam casibus, maxime in circumstantiis ubi peccat debilitas. In hæmorrhagia asthenica præcipue uteri et vasorum hæmorrhoidalium, in mucosis et serosis profluviis: diarrhæa chronica, fluore albo, hæmorrhoidibus mucosis... efficaciam remedii se expertam habere affirmat. Vidit fluxum uterinum triennium fere durantem, contra quem Kinakina, Mars, acida, Alumen et omnia comprobata auxilia minus efficacia se exhibuerant, et hoc remedio sanatum. Quum dein recidiva ingruebat, hæc illico illius usui rursus cedebat. R. p. 170.

AGARICO seu trago igniario exotico substituitur indigenus sive boletus igniarius. *Boom-zwam.* R. p. 6.

Usus ejus sat notus supponitur. Aufertur ab arboribus sub finem æstatis.

R. p. 281 AGROPYRUM REPENS; GRAMEN. *Honds-gras, tarw-gras.*

Radices Graminis Sarsaparillæ radicibus substituuntur (SELLE).

R. p. 301 Fl. per totam æstatem. ALISMA PLANTAGO; *Water-wegbree.*

Decoctum foliorum; item pulvis illorum ter in die ad drachmam datus, vices Uvæ ursi quandoque adimplet (DE HAEN).

R. p. 51 20. Fl. ab aprili per omnem æstatem. ALTHÆA. *Heemst-wortel, witte malue, althea.*

Vide ACACIA VERA.

ALUMEN, SUPERSULPHAS ALUMINÆ et POTASSÆ. *Aluin.* Leodiense exoticis æquivalet.

R. p. 9, 110, 189. AMYGDALUS COMMUNIS. *Zoete en bittere amandelen.* Nuclei serventur in putaminibus.

Oleum hujusce fructuum nullatenus oleo Papaveris albi rite præparato nec oleo Lini præferendum in quibusdam casibus : acre omnia æque temperant, rigidum emolliunt, strictum laxant. Usu tam interno quam externo. Vide etiam BUTYRUM.

R. p. 190 et 282. Fl. mense aprili. AMYGDALUS PERSICA. *Amandel Persik; Persike-boom.*

Vis florum et foliorum eccoprotica aperitiva et vermifuga in dubium trahi nequit (BOULDUC, BURTIN, COSTE et WILLEMET).

Pulvis partis lignosæ nucleorum eadem dosi ac Corticis Peruviani datus, huic cum successu in febribus intermittentibus aliquando substitutus fuit. Successit quoque interdum infusum saturatum foliorum. Pulvis præfertur.

ANETHUM FOENICULUM. *Venkel* of *fenkel.* R. p. 15. Fl. tota æstate.

Semen unum est inter quatuor calida majora.

Semen hoc nutrientibus lactis secretionem promovere BERGII experimenta probavere. Insuper omnibus dotibus præditum esse quibus semen Anisi, habetur in *Dict. univ. de mat. méd.*

ANGELICA ARCHANGELICA. *Tamme engelwortel, Angelica.* R. p. 40. 191. Fl. junio et julio.

Tota planta penetrantissima, aromatica resolvens, sudorifera, insigniter stomachica, substituitur COSTO VERO ARABICO.

ANISUM VULGARE, SISON, PIMPINELLA ANISUM. *Anys.* R. p. 14. Fl. julio.

Semen ut semen ANISI STELLATI aromaticum, carminativum, stomachicum. Virtus bechica ei quoque eximia tribuitur. Convenit præcipue in atonia nervosa primarum viarum (ALIBERT).

ANTHEMIS NOBILIS, CHAMOMILLA ROMANA, item CHAMÆMELUM VULGARE sive MATRICARIA CHAMOMILLA (*). *Roomsche* en *gemeene kamille.* R. p. 145. Fl. majo ad julium; et vulgaris per totam æstatem.

Flores utriusque plantæ optime medentur febribus intermittentibus (DIOSCORIDES, ZACUTUS LUSITANUS, RIVERIUS, MORTON, HOFFMANN). CULLEN hæc habet: « Ante usum Kinækinæ in febribus intermittentibus multum celebrabatur usus florum Chamomillæ, et celebris patriota noster Pitcairn censebat eos in pulvere datos in illo casu æquivalere Cortici Peruviano in substantia. Id movit medicos ad eos adhibendos, ... porrectique in pulvere sub apyrexia partitis do-

(*) Bene distinguenda ab ANTHEMIDE COTULA, per ingratum hujus odorem; et ab ANTHEMIDE ARVENSI, per caulem hujus parum pilosum.

sibus a drachma semisse ad integram, febrem intermittentem persanarunt. » (VOGEL, HEBERDEN etc.)

R. p. 43. Fl. junio et julio. APIUM GRAVEOLENS; *Selderij.*

Semen aromaticas, carminativas et diureticas vires habet. His titulis substituitur semini Dauci Cretici; prout duo sequentia:

R. p. 244. Semen APII PETROCELINI. *Peterselij, tuineppe,* et

R. p. 44 et 213. PASTINACÆ SATIVÆ. *Pastinaken.*

Radices APII PETROSELINI substituuntur etiam radicibus PAREIRÆ BRAVÆ (HERRENSCHWAND).

R. p. 249. Fl. vere. ARBUTUS UVA URSI. *Wolfs-beziën.*

Reflectendum quod in pharmacopoliis non raro vendantur folia VACCINII VITIS IDÆÆ pro foliis ARBUTI UVÆ URSI; sed utraque remedium contra gravellam constituere dicuntur. Vide ALISMA PLANTAGO.

R. p. 33 et 302. Fl. junio ad septembrem. ARCTIUM LAPPA, BARDANA. *Klissen.*

« Sæpius, ait VAN SWIETEN, dedi decoctum radi-» cis Bardanæ, et similem effectum imo majorem » quam a decocto radicis Chinæ potato vidi. » Calculosos sæpe a gravella et parvis calculis liberavit (DEMACHY).

R. p. 31. ARECÆ CATECHU substituitur URTICA URENS.

Hujus succus interne sumtus egregium stipticum est; vim inquit COCHIUS ignis adstrictoriam et vere balsamicam imitatur in sepulta intra pectus tuberculorum diresi. Est unum ex certissimis remediis contra hæmoptysim et contra omnes hæmorrhagias: « præscripsi illud, ait CHOMEL, contra priorem morbum pluribus personis, et semper cum successu. »

R. p. 64. Fl. a julio ad septembrem. ARMORACIA, COCHLEARIA ARMORACIA, RAPHANUS RUSTICANUS. *Peper-wortel, mirks-wortel, kapucinen-mostard.*

Radia senior vires perdit, alioquin recens optima præparata antiscorbutica præbet. Incidens stimulans, diuretica est.

ARNICA MONTANA; *Valkruid.* R. p. 16 et 193.

Commendatur contra morbos a stagnantibus ob fibrarum inertiam humoribus. Fl. majo et tota æstate.

ARSENICUM ALBUM. R. p. 73.

Substituitur Cortici Peruviano cum successu optimo; attamen ex quo hic cortex sat facile et pretio sat vili obtinetur, cumque Sulphas Quininæ multis illud superat efficaciæ et securitatis gradibus, usus ejus prudenter negligitur.

ASA FOETIDA, FERULA ASA FOETIDA. *Duivels-drek, stinkende holstok.* R. p. 18.

Radix Valerianæ sylvestris vires ejus æmulatur.

ASARUM EUROPÆUM. *Mans-ooren, hazelwortel.* R. p. 57 et 95.

Radix minimum a semi anno e terra effossa, perfecte ipecacuanhæ vires possidet. Sic asserunt numerosi gravissimi etiam recentiores auctores: BOERHAAVE, HOFFMAN, GILLIBERT, PEREBOOM, WALKIERS. BURTIN dabat in pulvere radicis grana xxx ex cyatho aquæ; quod adeo bene successit, ut non dubitet dicere: *s'il m'étoit permis, je n'employerois jamais d'autre vomitif.* Plurimi alii cum COSTE et WILLEMET adhibent folia sub forma infusi.

Aurantiorum, Citreorum, Limoniorum malorum succo substituitur succus Ribesiorum summo cum successu (BRUNIE). R. p. 19 et 195.

BARDANA. Vide ARCTIUM LAPPA.

BETULA ALBA; *Berken-boom*, et R. p. 228, 260, 279.

BETULA NIGRA. *Elsen-boom.* Substituuntur LIGNO

NEPHRITICO. Diureticam, lythontripticam, sanguinis depurantem, antiscorbuticam vim exercere perhibentur. BETULA ALBA qualitate qua sanguinem depurans potissimum commendatur (BOERHAAVE, NEEDHAM, DE BEUNIE). Vere antequam folia propululant inciditur ramus Betulæ albæ tribus digitis crassus in medio suæ longitudinis; sic prostillat de vulnere copiosus liquor per aliquot septimanas.

BOERHAAVE et NEEDHAM laudant succum, DE BEUNIE vero decoctum summitatum et juniorum foliorum.

R. p. 196. BILIS PORCINA. *Zwynen galle.*

Tamquam bonum Corticis Peruviani succedaneum reputatur a D. CAZELS sua docto experientia : ex decem febre intermittente laborantibus octo ejus ope sanabat sine recidiva.

R. p. 180. Fl. majo et junio. BISTORTA, POLYGONUM BISTORTA, SERPENTARIA VULGARIS, COLUBRINA. *Herts-tonge, nater-wortel, slangen-kruid.*

Iisdem plane proprietatibus gaudet ac radix Tormentillæ. Corticis Peruviani succedaneis adnumeratur. Radix videtur CULLENO esse una ex fortissimis adstringentibus.

Quemadmodum in Repertorio patet ex 45 febre intermittente laborantibus tantum 13 ipsius usu sanabantur; adeoque ceu febrifugam ex pharmacopoliis nostris exulare posset; verum in casibus in quibus illustrissimus HARBAUR Tormentillam laudat æque utilis erit, ubi nempe partes solidæ laxitate et liquidæ dissolutione peccant.

BOLETUS IGNIARIUS. Vide AGARICUS.

R. p. 22. BOTRYS, CHENOPODIUM. *Duiven-kruid, welrickende ganze-voet.*

Balsamis cum fructu substituitur, præsertim in ulceribus pulmonum.

BRYONIA ALBA. *Wilde wijngaard.* R. p. 52, 231, 283. Fl. æstate.

Quadrat omnino cum jalappa quoad proprietates, effectus, dosimque (De Beunie, Burtin etc.).

Substituitur etiam Scammonio (Coste et Willemet).

BUTYRUM RECENS NON SALITUM. *Boter.* R. p. 14 et 298.

Oleo Amygdalarum dulcium æquivalet tam intrinsecus quam extrinsecus adhibitum (De Plaigne), et Spermati ceti præfertur (Herrenschwant). Quod Hispanis, Italis, Gallis oleum est, id nobis est Butyrum.

BUXUS SEMPER VIRENS. *Palm-boom.* R. p. 25, 48, 227.

1° Camphoræ substituitur in affectibus arthriticis, rheumaticis, catarrhalibus, pleuritide, post celebratam satis phlebotomiam.

2° Ligno guajaci (Chomel, Ettmuller, Burtin).

3° Licheni Islandico, si aliquid demulcens ei additur.

CAMPHORA. *Kamfer.* R. p. 24 et 27.

Præter Buxum ei substituitur radix Helenii quæ easdem habet proprietates, ast in minori gradu: diaphoretica est discussiva et lympham attenuans: oleum possidet aromaticum album concretum Camphoræ analogum, inquit Parmentier.

Simile oleum in Thymo Serpillo invenerunt Neuman et Brown.

CAREX ARENARIA, disticha et hirta. *Zegge-zagge, Helm.* R. p. 277.

Multum caricem arenariam cum Sarsaparilla convenire suadent earum decocta, quæ utraque sapo-

naceæ indolis sunt, maculas pinguedinosas cum multa spuma delentia.

Laudatur nominatim Caricis arenariæ vis explorata in pituita asperam arteriam obsidente, in affectionibus rheumaticis et arthriticis, in involvendo et demulcendo non infimum locum tenere videtur. Accedit largior sudoris excretio quæ sub hujus usu observatur.

Præscribitur ut Sarsaparilla sub forma decocti vel extracti (MERTZ).

R. p. 287. Fl. majo ad junium

CARTHAMUS TINCTORIUS. *Wilde saffraan.* Semen ad drachmas duas in emulsione cum aqua aliqua blande aromatica facta datum, bonum purgans constituit (BURTIN). Substituitur foliis Sennæ.

R. p. 42. Fl. majo ad julium.

CARUM CARUI. *Karwey, Hof-komyn.* Semen substituitur semini Cumini orientalis. Computatur inter 4 calida majora.

CASCARILLA, CROTON CASCARILLA, ELEUTERIA. *Indiaansche bast.*

R. p. 30.

CASSIÆ FISTULÆ et TAMARINDIS. Substituuntur Pruna damascena domestica iisdem prorsus virtutibus eccoproticis gaudentia, modo duplici dosi dentur. Etiam florum Pruni manipulus unus vino infusus commode purgat (LINNÆUS et HALLERUS).

R. p. 18.

CASTORIUM, TIBER. *Bibergeel.* Idem ac de ASA FOETIDA.

R. p. 197

CENTAURIA CALCITRAPA.

R. p. 198. Fl. julio et augusto

CENTAURIUM MINUS, ERYTHRÆA CENTAURIUM, GENTIANA CENTAURIUM. *Duizend-gulden-kruid.* Febrifugum præstantissimum, tonicum stomachicum. Sapor ejus omnium amaricantium herbarum maxime sapori Corticis Peruviani similis. Amarities

herbæ major est quam summitatum. Spiritus solas partes amaras extrahit, aqua autem simul mucilaginosas.

In febribus intermittentibus inclyta. « Unica planta est quæ juxta auctores æstimatissimi operis *Dict. raisonné univ. de mat. méd.* famam suam post introductum Corticem Peruvianum non amisit, et quæ Chamomillæ unita febres intermittentes Kina ipsa certius debellat. » Quod certo exageratum.

Centaurium minus et Anthemidem nobilem sola inter Corticis Peruviani succedanea instar omnium memorare lubet; quapropter de reliquis nihil ultro dicam.

CETRARIA ISLANDICA. Vide LICHEN ISLANDICUS, in parte posteriore.

CHAMÆMELUM VULGARE. Vide ANTHEMIS NOBILIS.

CINNABARIS NATIVA. *Berg-vermilioen.* R. p. 34.

Belgica præfertur exoticis (J. G. F. SCHARF). Laudatur in morbis cutaneis.

CITRUS MEDICA. *Citroen-boom.* Vide ACETOSA et AURANTIA.

COLCHICUM AUTUMNALE. *Tijdeloozen, Naakte vrouwen.* R. p. 284. Fl. septembri.

Substituitur Scillæ maritimæ (LUDWIG, CULLEN, SCHINZIUS).

COLOCYNTHIS OFF. *Koloquint.* R. p. 34.

Fructui huic substituitur 1° MOMORDICA ELATERIUM.

Succus Momordicæ ante perfectam maturitatem expressus et inspissatus ELATERIUM vocatur et a gr. x—xx exhiberi potest (VOGEL). Hoc tum pur-

gantis tum emmenagogi titulo Colocynthidem perfecte compensat. Bourgeois testatur id optimum purgans hydragogum esse datum a gr. x—xv. Desbois illud præscribit cum aliquo mucilaginoso vel cum copioso vehiculo ad gr. iii, v, vi, x ad summum xii. Usus ut et aliorum drasticorum magnam postulat circumspectionem : imitandus Capivaccius dicens : « Ego elaterio utor; incipio a grano dimidio, quia est validissimum medicamentum, et postea exhibeo grana ii—iii—v. Sed sensim : nec augenda dosis nisi materia evacuanda id postulet et vires tolerent. »

Quanto Elaterium est antiquius tanto est melius, inquit Mesues.

2°. Substituitur Nicotiana tabacum. Planta hæc non secus atque Momordica Elaterium prudenter tractanda, ob acrem ejus et causticam qualitatem. « *On ne fait plus usage que de l'infusion corrigée par le miel et le vinaigre; ce qui fait le sirop de Quercitan.* Dosis est cochlearculum cafetarium in scypho vehiculi; maximum omni trihorio cochlear ordinarium, in tribus vel quatuor unciis potus. » (Desbois).

3°. Helleborus niger, quæ ejusdem prosapiæ planta est.

R. p. 38. COLUMBO. *Colombo-wortel* et LOPESIANA; *Lopesiane-wortel.*

Radicibus his surrogari potest :

1°. Gnaphalium dioïcum Germanis *Ruhrkraut* vocatum, vires habens adstringentes et roborantes (Hufeland).

Radices Columbo mangonisantur quandoque radicibus Bryoniæ albæ.

2°. Lythrum salicaria. De Haen experimentis demonstravit herbam hanc pulverisatam diarrhæas et

dysenterias præsertim ab atonia oriundas aut perdurantes curare.

COLUTÆA ARBORESCENS. *Wilde Senne-bladeren, Blaas-boom.* R. p. 288. Fl. majo.

Vocatur a CARDO et BOERHAVIO SENNA EUROPÆA. Vis foliorum et folliculorum ipsius purgativa sat universim agnoscitur. DD. COSTE et WILLEMET in decem ægris tentamina instituerunt: præscribebant folia ab uncia una et semis ad uncias tres, pro subjecti viribus, cum Liquiritia, Aniso, Coriandro et pauxillo Scrophulariæ, quæ calide infundebant per noctem in aquæ libris II. Postridie coquebant adhuc ad levem ebullitionem; de colatura dabant mane duobus sequentibus diebus omni trihorio tres scyphos, injungentes insuper ut interim jusculum de carne vitulina potarent. Hoc pacto septem vel octo secessus provocaverunt. Sed quanti labores!

CONVALLARIA MAJALIS, LILIUM CONVALLIUM. *Lelitjes van den dale, Mei-bloemen.* R. p. 282. Fl. majo.

CONVOLVULUS SEPIUM. *Klokskens-winde.* R. p. 281.

Succus hujus plantæ inspissatus, docentibus HOFFMANNO, TRAGO, HALLERO etc. bonum purgans hydragogum præbet, habens omnes dotes Scammonii, sed ad grana XX—XXX sumi debet. DD. COSTE et WILLEMET Scammonium nostrum ad scrupulum unum dederunt quatuor hydropicis optimo cum eventu et æque feliciter binis mulieribus cachecticis, sine ullo extraordinario stimulo.

CORIANDRUM SATIVUM. *Koriander.* R. p 43. Fl. junio et julio.

Semen viribus hypnoticis et carminativis pollet (BURTIN). Substituitur CUMINO.

R. p. 41. Fl. septembri et octobri. CROCUS SATIVUS. *Saffraan.*

Indigenus substituitur exotico.

R. p. 42, 245, 299. Fl junio et julio. CUMINUM. *Komyn.*

Vide CARUM CARUI et CORIANDRUM.

R. p. 42. Fl. junio et julio. DAUCUS CAROTA, VULGARIS SYLVESTRIS, *Wilde wortel* of *wilde peën* of *vogel-nest.*

Substituitnr DAUCO CRETICO.

Semen ejusdem virtutis est ac semen Coriandri et Cumini.

DAUCUS SATIVUS hujus plantæ varietas est, cujus potissimum radix in usu est.

R. p. 267 et 201. Fl. integra æstate. DULCAMARA, SOLANUM DULCAMARA, SOLANUM SCANDENS. *Houtagtige* of *klimmende Nacht-schaduw, Bitter-zoet, Half-rank.*

Substituitur sarsaparillæ qualitate qua sanguinem depurans, et hac qualitate decoctum ejus decocto radicum Chinæ anteponitur (ROSENSTEIN). Virtus illa stipitibus inest dum lignosi sunt, quod in Repertorio numerosis auctoritatibus et experimentis demonstratur. Stipites juniores, verbi gratia unius anni, vix ulla gaudent virtute.

R. p. 235. FILIX MAS, POLYPODIUM FILIX MAS, ASPIDIUM. *Gemeen mannetjes varen.*

Potens vermifugum, Musco corallino et pluribus aliis vermifugis substitui meretur.

R. p. 198 et 200. Fl. majo ad julium. GENTIANA CENTAURIUM. Vide CENTAURIUM MINUS.

R. p. 209. Fl. a majo ad augustum. GEUM URBANUM. *Nagel-kruid.*

Præscribi potest ubicumque Cinchona indicatur.

R. p. 289. GLOBULARIA TURBITH.

Juxta RAMEL et DESLONGCHAMPS est purgans ama-

rum et in omnigena saburræ specie Sennæ vices feliciter reddens. Lenem horumce foliorum operationem satis probavit experientia DD. Garidel et Piton.

GLYCYRRHIZA GLABRA. *Zoet-hout.* R. p. 47 et 259.

In hortis nostris coli potest. Radix dulcorans est, hinc frequentissime in asthmate, nephritide, stranguria, tussi, plurimisque morbis ab acrimonia natis adhibetur. Radix exotica dulcior et mucilaginosior est (Jolyclerc, Parmentier, Alibert). Substituitur Saccharo (Cullen, Hufeland).

GNAPHALIUM DIOICUM. *Kattevoet.* Vid. COLUMBO. R. p. 38.

GUAJACUM vid. BUXUS et PINUS SYLVESTRIS, LIGNUM SANCTUM. *Pok-hout, guajak-hout.* R. p. 48.

GUMMI ARABICUM. Vid. ACACIA VERA.

HELENIUM, INULA HELENIUM. *Galant-wortel, gemeen Alant.* Vide CAMPHORA. R. p. 18. Fl. junio ad august.

HELLEBORUS NIGER, MELAMPODIUM. *Zwartnieskruid, krop-kruid.* Vide PH. B. p. 49. R. p. 36. Fl. julio.

HIPPOCASTANUM vid. AESCULUS.

HUMULUS, LUPULUS. *Hop.* R. p. 275.

« Radicem sanguinem depurare olim Saladin..... » In lue venerea atque scabie sarsaparillæ loco exhi- » beri posse recte Floyer, » inquit Hallerus. Radices Lupuli in Gallia loco Sarsaparillæ promiscue veneunt, prout post operosas inquisitiones DD. Coste et Willemet detexerunt.

Identitas virtutum in Repertorio pluribus probatur.

HYOSCYAMUS NIGER. *Zwart bilsen-kruid, Dulkruid.* R. p. 242. Fl. majo ad julium.

Opio ipso aliquando potentius fuit extractum Hyoscyami in somno et quiete inducendis (Murray). In affectionibus nervosis egregie valuit, colicam spasmodicam extracti grana tria sopierunt, sub cujus usu tamen alvus aperta mansit et hæmorrhoïdes fluxerunt (Gesner). Speciatim in colica saturnina ad spasmos solvendos, reliquis fere omnibus quin Opio palmam præripit, cum extractum hoc alvum non constipet. Celeri successu tussis titillatoria illo conticuit. Illustrissimus Hufeland vocat illud narcoticum omnium mitissimum, quod absque ullo molesto stimulo agit, nullam sanguinis commotionem neque congestionem producit. Eximiam opem ferre observavit contra convulsiones et ecclamsiam et contra tussim cujuscumque indolis.... Collin illud præscripsit in convulsionibus usque ad gr. xxiv, imo ad drachmam dimidiam.

Debet majo colligi, prompte siccari et sollicite ab humiditate præservari. In horto cultus viribus decrescit.

R. p. 234. Fl. junio et julio. HYPERICUM PERFORATUM. *Sint-Jans-kruid.* Flores et summitates vermifugam virtutem habent.

R. p. 52. JALAPPA, IPOMÆA JALAPPA, CONVOLVULUS JALAPPA. *Jalap.* Vide BRYONIA ALBA, RHAMNUS CATHARTICUS, RHAMNUS FRANGULA, et MIRABILIS JALAPPA.

R. p. 14. ILLICIUM ANISATUM. *Sterre-anys.* Vid. ANISUM VULGARE.

INULA HELENIUM. Vid. CAMPHORA.

R. p. 57. IPECACUANHA, PSYCHOTRIA EMETICA, CEPHAËLIS IPECACUANHA. *Ipecuana.* Vid. ASARUM EUROPÆUM.

IRIS GERMANICA sive Iris nostras. *Lisch.*

Iris Florentina nulla prærogativa gaudet præ nostrate (Montet). R. p. 71. Fl. vere.

JUNIPERUS COMMUNIS. *Genever-boom.* R. p. 8 et 29. Fl. vere.

Baccæ juniperi stomachicam, carminativam, incidentem, diureticam virtutem habent.

Per se manducantur vel cum aliis pulverisatæ dantur ad drachmam semis; vel contusæ ad unciam semis vel integram unciam infunduntur aquæ libræ uni. Rob earum Germanorum theriaca dicitur ob usum diaphoreticum. Datur ab Hoffmanno in renum morbis a drachmis duabus ad unc. semis.

LICHEN CANINUS. *Honds-mos, Heuvel-galle.* R. p. 226.

Substituitur Licheni Islandico, et tamquam tussis, phthisios et hæmopthisios auxilium extollitur.

Tempestate pluviosa colligi debet.

LICHEN ISLANDICUS, CETRARIA ISLANDICA. R. p. 211 et 228. *Yslandsch-mos, Schild-mos.* Vide parte posteriore.

LICHEN PULMONARIUS quoque optimum demulcens, nutriens et roborans est. Non absque ratione ut Cramer habet, jam dudum in pharmacopoliis civitatem consecutus est. Ita et Mathiolus, Linnæus, Hoffmann, Willemet etc. R. p. 225.

LINUM USITATISSIMUM. *Vlas.* R. p. 11. Fl. majo et junio.

Semen clysmatibus emollientibus et obvolventibus incoquitur; farina incoquitur ejusmodi cataplasmatibus, et oleum sine igne expressum nequaquam rancidum datur magna copia interne pluribus in casibus.

LOPESIANA. Vid. COLUMBO.

LYTHRUM SALICARIA. *Partike, Joden-kruid.* R. p. 39 et 295.

Herba proprietatibus mucilaginosis et adstringentibus gaudet. Quocirca radici Columbo et Lopesianæ surrogatur (De Haen, Störck, Gazette de santé).

R. p. 211. Fl. majo ad julium. MARRUBIUM ALBUM, marrubium supinum. *Witte Malrouw, witte Andoorn.*

Herba resolvens et roborans est.

MATRICARIA CHAMOMILLA. Vid. ANTHEMIS NOBILIS.

R. p. 18. Fl. junio a ! august. MELISSA. *Citroen-kruid.*

Aromaticum roborans.

R. p. 291. MERCURIALIS ANNUA. *Eenjarig Bingel-kruid.*

Substituitur foliis Sennæ.

MEUM FOENICULUM. Vid. ANETHUM FOENICULUM.

R. p. 34. MOMORDICA, cucumis sylvestris. *Ezels-konkommers, wilde Konkommers.* Vid. COLOCYNTHIS.

R. p. 231 MOSCHUS.

Moscho naturali substitui potest artificialis, qualem Stöller proposuit: est autem Resina quæ generatur ex connubio olei succini rectificati cum acido nitri concentrato. Margraf jam tum mentionem ejusdem fecerat et compositionem describit.

NICOTIANA. Vid. COLOCYNTHIS 2°.

R. p. 236. OPIUM.

Papaver nostrum sommiferum sativum eadem planta est ac illa ex qua Orientales Opium suum parant.

Succus lacteus hujus plantæ inspissatus vel etiam extractum inspissatum Opio exotico substituitur, sed fere tripla dosi præscribi debet, secundum Bourgeois

sextuplo. (Substitutionem approbant KAMPFER, ALSTON, QUERCITANUS, SCHRÖDER, LIEUTAUD, DUPLANIL, DESLONGCHAMPS, DE BEUNIE etc.) BUCHAN et DUPLANIL volunt ut ex eo etiam Laudanum liquidum componatur.

ORCHIS MORIO ut et aliæ Orchidis species. *Salep-boontjes.*

Substituitur radici Salep exoticæ. CULLEN de farina ejus loquens, dicit : *J'en ai vu faire à Edimbourg qui étoit aussi pure que celle qui vient de Turquie.* Vide SOLANUM TUBEROSUM.

PAPAVER SOMNIFERUM. *Witten Heul, Maankop.* R. p. 10 et 257.

Oleum seminis substituitur Oleo Amygdalarum, Olivarum et Ricini; sed quatenus purgans Oleum Ricini multo efficacius est. Vid. AMYGDALUS COMMUNIS et OPIUM.

PARIS QUADRIFOLIA. *Eenappel.* R. p. 63.

Radix substituitur radici Ipecacuanhæ.

PIMPINELLA SAXIFRAGA. *Pimpernel.* R. p. 251.

Radix ubi glandulæ salivales stimulandæ, in masticatorium vices radicis Pyrethræ supplere valet.

PINUS ABIES. *Denne-pijn,* et PINUS SYLVESTRIS, *Mast-pijn.* R. p. 50 et 245.

Turiones et summitates in scorbuto frigido valde utiles. Substituuntur Ligno Guajaco et Pino Russicæ.

POLYGALA VULGARIS. *Kruis-bloem.* R. p. 247. Fl. per æstatem.

Substituitur Polygalæ Virginianæ. Utraque easdem balsamicas, roborantes et demulcentes virtutes possidet. CARTHEUSER, CULLEN, STOLL, TRILLER, DU HAMEL, BOUVART, BURTIN, COSTE et WILLEMET, in

tussi pituitosa et in phthisi ambas non parum laudant. Decoctum sæpe nauseas et alvi dejectiones excitat, et adhuc sæpius ardoris sensum in æsophago, quæ symptomata neque malas sequelas neque curæ obstaculum produxerunt (BURTIN).

R. p. 280. POLYGONUM AMPHIBIUM. *Fontein-kruid.*

Radix substituitur radici Sarsaparillæ; præferendi tamen videntur stipites Dulcamaræ. Vid. DULCAMARA.

R. p. 297. POLYGONUM AVICULARE. Bonum adstringens.

PRUNUS DOMESTICA. Vid. CASSIA FISTULA.

R. p. 1, 32, 229, 293. PRUNUS SPINOSA. Vid. ACACIA GERMANICA, CATECHU N° 2, SENNA ORIENTALIS N° 10.

Succus fructus immaturi adstringente, flores vero laxante virtute pollent.

R. p 251. QUASSIA EXCELSA, QUASSIA AMARA. Vide ABSINTHIUM.

R. p. 215 et 298. QUERCUS ROBUR. *Eiken-boom.*

Cortex inter optima roborantia censendus.

R. p. 252. RHABARBARUM, RHEUM, *Rabarber.*

Substituitur exotico Rheum palmatum indigenum rite cultum, aptis tempore et ætate effossum (ætate nempe triennali aut majori), probe siccatum, justa dosi datum.

Totam Rhabarbari historiam prout in Repertorio habetur, hic referre longius foret.

R. p. 53, et 283. Fl. aprili et majo. RHAMNUS CATHARTICUS, SPINA CERVINA. *Rhijnbeziën-boom.*

Succus fructuum maturorum sive merus sive in syrupum redactus excellens medicamen purgans offert

(De Beunie et Burtin qui extractum syrupo efficacius credit).

RHAMNUS FRANGULA. *Sporken-hout, Pijl-hout.* R. p. 57, 65, 283.
Cortex ejus vim drasticam habet : (Mathiolus, Tragus, Ettmullerus, Simon Pauli, Chomel etc.) Idem cortex recens in lacte coctus vomitorium esse dicitur.

RIBES INERME. *Roode Aalbeziën.* Vide ACETOSA. R p. 19.

RICINUS COMMUNIS, palma christi. *Wonderboom, Kruis-boom, Molle-kruid.* R. p. 256.
Planta hæc in hortis nostris facile colitur. Oleum ex granis maturis expressum et non rancidum leniter alvum movet; in colica saturnina et contra vermem solitarium specialiter commendatur. DD. Dunant et De Machy reflexerunt quod perniciosum sit, si fuerit rancidum vel si exprimatur ex semine non decorticato. Idem est si fuerit oleo ex granis Tigliæ expresso mangonisatum; hoc enim ait Selle, ad unam alteramve guttam exhibitum drasticam vim exercet; majori dosi datum perniciose agit.
Fatendum quod semen apud nos vix si unquam perfectam maturitatem assequatur.

RUMEX ACUTA et AQUATICA, lapathum acutum, oxylapathum; lapathum aquaticum, hydrolapathum, patientia. *Patientie, Paarde-surkel; Water-patik.* R. p. 279.
Plures Lapathi species dantur quæ omnes congeneres sunt et iisdem pene virtutibus medicis gaudent. Pro omnibus duæ hic nominatæ species passim et indiscriminatim sunt in usu. Vide etiam ACETOSA.
Radix substituitur Sarsaparillæ. In decocto interne et externe adhibita sanat ulcera crurum, eruptiones

cutaneas, scorbutum et febres intermittentes. Decoctum hoc tantæ virtutis est, ut MUNTING professor Groningensis dicat illud auro pretiosius esse. Id DE BEUNIE sæpius expertus est.

R. p. 263. SAGO seu SAGU. *Sago.*

Fœcula tuberculorum Solani esculenti eamdem naturam et easdem proprietates habet (PARMENTIER).

SALEP, vide ORCHIS MORIO.

Tubera ejusdem jam dicti Solani parantur quoque in speciem Salep (PARMENTIER). Exhibuit auctor Salep suum bono cum eventu ubicumque radix Salep Persica indicabatur. En ejus verba : *Je n'ai pas envie.... d'enlever aux riches leur salep qu'ils achètent vingt francs la livre: celui dont je parle coûtera peu de chose, et on me permettra de le nommer le salep des pauvres gens.*

R. p. 134. SALIX ALBA. *Witte Wilge.*

Cortex hujus unum est ex optimis corticis peruviani succedaneis.

R. p. 49, 282, 294. Fl. majo et junio. SAMBUCUS EBULUS. *Hadig* of *laage Vlierboom,* et SAMBUCUS NIGRA. *Zwarte Vlier.*

Flores Sambuci sicci forma infusi calide sorbillati validum sudoriferum præbent. Aliæ partes Sambuci catharsim movent; gemmæ præsertim et maxime cortex medianus.

R. p. 233. SANTONICUM, ARTEMISIA JUDAICA, ARTEMISIA CONTRA, CINÆ SEMEN, SEMEN ZEDOARIÆ. *Wurm-zaad.* Vide TANACETUM.

R. p. 267, 275, 277, 279, 280, 281. SARSAPARILLA, SMILAX SARSAPARILLA.

Succedanea ipsi sunt : DULCAMARA, HUMULUS, CAREX ARENARIA, RUMEX ACUTA, BARDANA.

SCAMMONIUM, CONVOLVULUS SCAMMONIA. *Winde.* Vide CONVOLVULUS SEPIUM. R. p. 281.

SCILLA MARITIMA. *Zee-ajuin.* Vide COLCHICUM. R. p. 284. Fl. augusto et septembri.

SENNA ORIENTALIS. *Senne-bladeren.*
Vide CARTHAMUS TINCTORIUS, COLUTÆA ARBORESCENS, GLOBULARIA TURBITH, LINUM CATHARTICUM, MERCURIALIS ANNUA, PRUNI SPINOSÆ FLORES, SAMBUCI FOLIA TENERIORA et CORTEX MEDIANUS.

SERPENTARIA VIRGINIANA, ARISTOLOCHIA VIRGINIANA. *Virginiaansche slangen-wortel.* Vide VALERIANA SYLVESTRIS. R. p. 294.
Hæc illi substituitur juxta JUNCKER, CARTHEUSER, CULLEN, HUFELAND; ast dosis amplior sit oportet.

SIMARUBA, QUASSIA SIMARUBA, SIMARUBA AMARA. R. p. 295.
Substituuntur illi LYTHRUM SALICARIA, TORMENTILLA, GNAPHALIUM DIOICUM et POLYGONUM AVICULARE.

SISON. Vide ANISUM VULGARE et ANETHUM FOENICULUM.

SOLANUM TUBEROSUM. *Aard-appelen.* Vide SALEB et SAGO.

TAMARINDI. Vide CASSIA FISTULA.

TANACETUM. *Reinvaar.* R. p. 233. Fl. per totam æstatem.
Substituitur Musco Corallino Corsico et omnibus vegetabilibus vermifugis.

TARTRAS POTASSÆ STIBIATUM, TARTARUS EMETICUS.
Si datur in amplo vehiculo et partitis dosibus exiguis, non modo instar ipecacuanhæ ceu lene vomi-

torium considerari potest, sed etiam nonnullis casibus huic præferendus est; velut DD. VOLTELEN, WALKIERS, TER-HORST etc. demonstrarunt.

R. p 22, 27, 298. TEREBINTHINA. Vide PINUS ABIES.

R p. 298. TORMENTILLA. *Zeven-blad.*

Radix egregium adstringens, roborans, corticis Simarubæ, radicis Columbo et Ratanhiæ succedaneum.

TRITICUM REPENS. Vide AGROPYRUM REPENS.

R. p. 31 et 223. Fl. majo ad augustum. URTICA PILULIFERA, ROMANA, URENS. *Netel.*

Succus contra hæmorrhagias optimum se exhibet remedium (CHOMEL, COCHIUS). Substituitur TERRÆ CATECHU.

R. p. 3 et 250. Fl. majo et junio. VACCINIUM MYRTILLUS. *Krake-beziën, Blauwe bessen.*

Succus fructuum inspissatus et folia similem virtutem habere dicuntur ac ARBUTUS UVA URSI.

R. p. 18, 221, 234, 294 etc. Fl. a majo ad julium. VALERIANA SYLVESTRIS. *Wilde valeriaan, Speer-kruid, Sint-Joris-kruid.*

Radix pluribus exoticis succedaneo est, prout ad singulum horum articulum assignatum fuit.

R. p 61 et 230. Fl. martio ad majum. VIOLA ODORATA. *Enkele maart-violen* of *Violetten.*

Radix ut et Herba emesim et catharsim procreant (LINNÆUS, COSTE et WILLEMET); verum effectus non nihil incertus, necdum satis exploratus. Syrupus florum lene laxans est.

Pars posterior. (*)

PARTES VEGETABILIUM HIC USITATAS, PRÆPARATIONES, COMPOSITIONES ET FORMULAS EXHIBENS.

ABRÒTANUM. Folia, semen.
Semen pulverisatum datur a gr. x—xx.

Folia in Infuso.

℞. Foliorum Abrotani unc. semis,
Aquæ fervidæ libram.
Digere per horæ quadrantem et cola.
Dosis, unciæ II omni quarta hora.

* ABSINTHIUM VULGARE. Herba, summitates.

Conserva Absinthii.

℞. Herbæ Absinthii tenuissime pulverisatæ et in lagena probe clausa conservatæ drachm. duas.
Mellis drach. sex.
Misce exacte. Sic exurgit uncia I conservæ, et plures aliæ conservæ eodem modo extemporaliter parari queunt.

Infusum Absinthii.

℞. Summitatum Absinthii unc. semis.

(*) Si solos articulos consideras qui asterisco notantur, habebis quæ specialem Pharmacopœam pauperum provinciæ Flandriæ orientalis constituere possent.

Infunde Aquæ ferventis q. s. ad remanentiam unciarum octo.

Serventur vase clauso usque ad refrigerationem, dein cola fortiter exprimendo.

Vel

FORTIUS.

℞. Herbæ Absinthii pugillos quinque.
Cerevisiæ fortis libras quatuor.
Fiat infusum.

Dosis, quater in die vasculum.

* EXTRACTUM ABSINTHII.

Vide Pharm. Belg. (*), pag. 152.

Dosis, gr. x—xxx.

TINCTURA ABSINTHII. PH. B. 171.

Dosis, gutt. xv.—xxx, ordinarie in vino.

SAL ABSINTHII. Vide SAL TARTARI.

* ACACIÆ GERMANICÆ succus inspissatus.

Succus fructus immaturi in vasis repandis balneo mariæ commissis ad mellis spissitudinem exhalet.

Dosis, dimidia drachma.

ACACIA VERA. Vide GUMMI ARABICUM.

* ACETAS AMMONIÆ LIQUIDUM. SPIRITUS MINDERERI. PH. B. p. 117.

Dosis, a drach. dimidia ad unc. dimid. etiam pluries in die, in mixtura 8-12 unciarum.

* ACETAS PLUMBI CRYSTALLISATUM, SACCHARUM sive SAL SATURNI. PH. B. p. 11.

(*) Deinceps PHARMACOPOEA BELGICA designabitur his tribus literis PH. B.

Dosis pro usu externo, gr. I ad X pro uncia aquæ puræ.

* ACETATIS PLUMBI UNGUENTUM CARBONATUM, UNGUENTUM FUSCUM. PH. B. p. 208.

* ACETAS PLUMBI LIQUIDUM, ACETUM LYTHARGYRI, EXTRACTUM SATURNI. PH. B. p. 139.

Dosis pro usu externo, gut. X—XX—XXX in aquæ coctæ unc. I. Hæc formant AQUAM VEGETO-MINERALEM GOULARDI.

* ACETAS POTASSÆ CONCRETUM, TERRA FOLIATA TARTARI. PH. B. p. 116.

Dosis, drachma semis ad integram.

Hujus vicem TARTRAS POTASSÆ exsolvere potest.

ACETOSA. Folia recentia.

Succus Acetosæ.

℞. Folia Acetosæ recentia q. p.

Contunde in mortario marmoreo ope pistilli lignei, exprimatur succus, depuretur per subsidentiam et parte limpida replcantur lagenæ collo tenus; superfunde tantillum Olei olivarum, vel Papaveris albi, vel Lini, et servetur in loco frigidiusculo.

Dosis, a semi uncia ad integram.

* ACETUM VINI, ACIDUM ACETICUM VENALE. *Wijn-azijn.* PH. B. p. 20.

Dosis drachma I—III—IV.

* ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM. OLEUM VITRIOLI. PH. B. p. 11 et 97.

* ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM. SPIRITUS VITRIOLI. PH. B. Ibid.

Dosis, a gutt. X—XL in vehiculo plus minus amplo, sive in potu quovis ad gratam aciditatem.

* ACIDUM TARTARICUM, ACIDUM TARTAROSUM. PH. B. p. 103. Ut ACID. SULPH. DILUTUM ad potum acidulandum.

ACONITUM NAPELLUS. *Gewone Muniks-kappen.*

Fl. a junio ad augustum.

* Succus inspissatur pari modo ac succus Acaciæ Germanicæ.

DOSIS, gr. II—L paulatim ascendendo.

* ACORUS CALAMUS. Radix.

DOSIS, Radicis pulverisatæ a gr. X—XX.

INFUSUM et EXTRACTUM parantur ut Absinthii; DOSIS quoque eadem.

* ADEPS ABDOMINALIS SUIS SCROFÆ. *Verkens-vet.* PH. B. p. 177.

ÆSCULUS, HIPPOCASTANUM. Cortex et Nuces.

DOSIS, Corticis pulverisati gr. X sæpe repetita, ut tempore apyrexiæ in intermittentibus detur minimum semi uncia.

DECOCTUM NUCLEORUM.

℞. Nucleorum torrefactorum et grosso modo pulverisatorum unc. unam et sem.
Aquæ communis unc. viginti.
Coq. ad reductionem medietatis.

DOSIS, unciæ V mane, reliquum sero. Licet augere dosin, si malum rebelle sit.

* ÆTHER MURIATICUS, HYDROCHLORICUS ALCOHOLICUS; SPIRITUS SALIS MARINI. PH. B. p. 197.

DOSIS, gutt. X—LX magna aquæ copia dilutæ. (Externe etiam adhibetur.)

* ÆTHER NITRICUS ALCOHOLISATUS, SPIRITUS NITRI DULCIS. PH. B. ibid.

Dosis, gutt. xv—lx cum vehiculo convenienti.

* ÆTHER SULPHURICUS ALCOHOLICUS. Liquor anodinus mineralis Hoffmanni. PH. B. ibid.

Dosis, gutt. xx—lx et ultra.

* ÆTHIOPS MARTIALIS, protoxydum ferri nigrum. Vid. FERRUM.

* ÆTHIOPS MINERALIS, sulphuretum hydrargyri nigrum. PH. B. 129.

Dosis scrup. i—ii.

* AGARICUS QUERNUS, BOLETUS IGNIARIUS.

Fortissime malleatur donec mollescat.

* AGROPYRUM REPENS, triticum repens, gramen. Radix.

Decoctum Graminis.

℞. Radicum graminis unc. duas.
Aquæ libr. duas.

Coq. ut supersit colatura libræ unius.

* Extractum Graminis. PH. B. p. 154.

Dosis, ab uncia dimidia ad integram pro mixtura unciarum octo.

ALCOHOL VINI. PH. B. 195.

Dosis, drachma dimidia ad unc. ii in potu appropriato.

Spiritus vini Camphoratus. PH. B. p. 171.

ALISMA PLANTAGO. Folia.

Succus plantaginis, per quietem clarificatus.

Dosis, duæ tresve unciæ.

* ALOE SUCCOTRINA, aloe off. *Soccotrinsche Aloë.*

Pilulæ aloes cum myrrha, pilulæ rufi. PH. B. p. 203.

Dosis, N° i—iii.

Tinctura Aloes. PH. B. p. 172.

Dosis, ab unc. i—ii mane.

Suppositorium Aloeticum.

℞. Aloes drach. unam.
Saponis veneti drach. duas.
Mellis q. s. f. suppositorium.

Dosis, Aloes succotrinæ cum sapone veneto vel cum extractis amaris gr. ii—x aliquoties in die pro varia medici intentione.

* ALTHÆA off. Radix, flores.

Decoctum.

℞. Radicum Althææ unc. semis *vel* Florum ejusd. unc. unam,
Aquæ unc. sedecim.

Coq. per horæ quadrantem et cola.
colaturam sepone donec subsederint fœces et defœcatum effunde.

Mucilago Althææ.

℞. Radicis Althææ recentis minutim concisæ unc. unam.
Aq. fontis libr. semis.

Macera per 24 horas super cineres calidos, subin spatula lignea agitando, et fortiter exprimendo cola. Liquorem colatum sepone donec fœces fundum petierint, tum trajice per pannum duplicatum.

* ALUMEN.

Dosis, Aluminis pulverisati gr. i—v ascendendo sensim ad scrupulum.

Serum lactis Aluminosum.

℞. Aluminis drachm. unam.
Lactis vaccini libr. I et semis.

Coq. ut lac coagulctur et cola.

* ALUMEN USTUM, SUPERSULPHAS ALUMINÆ ET POTASSÆ EXSICCATUM. PH. B. p. 122. Causticum pro solo usu externo.

* AMMONIA LIQUIDA CAUSTICA. Spiritus salis ammoniaci cum calce viva. PH. B. p. 108.

Dosis, guttæ v—x—xx aquæ q. s. dilutæ.

Linimentum volatile. PH. B. p. 179.

* AMMONIACUM GUMMI RESINA, GUMMI HERACLII GUMMIFERI. *Ammoniak-gom.*

Emulsum.

℞. Gummi-resinæ ammoniaci drach. II, pulveris gum. arabici drachma una et dimidia, vel vitello ovi solutis adde
Aquæ fœniculi unc. quatuor,
Aceti scillit. drach. tres,
Mellis puri drach. sex. Misce.

Dosis, cochlear omni trihorio.

* Emplastrum diachilum cum gummi. PH. B. p. 219.
Oleo olivarum substituatur Oleum Papaveris albi.

* AMYGDALUS COMMUNIS, AMYGDALÆ DULCES et AMARÆ. Nuclei.

Oleum exprimitur ex nucleis omnibus suis involucris liberis; liberantur autem eos aquæ fervidæ per momentum immergendo, donec pellicula orbari queant. Tunc in

aere siccati, in mortario marmoreo contunduntur, et inter duas laminas ferreas, vix aut non calefactas oleum prelo exprimitur.

Linctus demulcens.

℞. Olei Amygdalarum dulcium recenter expressi (vel Olei Papaveris somniferi sine igne et rite mundatis instrumentis expressi, non rancidi) unc. tres.
Mucilaginis gum. arabici unc. unam.
Exacte invicem subactis intertere
syrupi papaveris albi unc. unam.

AMYGDALUS PERSICA. Flores, folia recentia et nuclei.

Haustus purgans.

℞. Fol. Mal. persic. recent., ineunte vere collect. concis. unc. I.
Infund. per noctem super cineres calidos in aq. fontis unc. octo; postridie coq. per moment. et colaturæ add.
Mellis unc. unam et semis.
F. Haustus.

Conserva laxans.

℞. Flor. Amygd. persicæ recent. q. v. contund. in mortario marmoreo et adde Mellis duplum pondus.
Dosis unc. I—II.

* ANETHUM FOENICULUM. Semen.

* Aqua Foeniculi. PH. B. p. 186.

Pulvis incidens, stomachicus, carminativus.

℞. Pulveris seminis fœniculi drach. unam
Ol. stillat. fœnicli gutt. quatuor m. f. pulv. N° IV.
Dosis, ter in die unus.

* ANGELICA ARCHANGELICA. Radix, semen.
Dosis radicis pulverisatæ item seminis gr. x—xx.

INFUSUM VINOSUM.

℞. Rad. Angelicæ unc. sem.
Vini libr. duas.
Digere per 48 horas et cola.
Dosis drach. i—ii.

SPIRITUS ET EXTRACTUM.

℞. Radicum siccatarum angelic. libram, incisis affunde
Spir. vini rectific. libr. sex.
Digerantur ad sufficientem extractionem, exprimantur, spiritusque per filtrum colatus servetur.
Radicibus residuis denuo affunde aquæ libr. duas.
Digere, coque et post unam ebullitionem exprime; expressum albumine ovi clarifica et cum spirituoso commisce lentoque igne spiritu per alembicum abstracto, ad consistentiam extracti inspissa.
Dosis extracti gr. x—xx.

* ANISUM VULGARE. Sison. Semen.
Dosis seminis pulverisati scrupulus i—ii bis in die.

ESSENTIA ANISI.

℞. Ol. stillat. Anisi gutt. decem,
Sp. nitri dulc. drach. unam. M. exacte.
Dosis gutt. x—xx cum tantillo sacchari.

* ANTHEMIS NOBILIS et CHAMÆMELUM VULGARE. Flores.
Dosis pulv. florum Anthem. nobilis drach. i. Dentur pulveres tales juxta medici præscriptum.

INFUSUM ut INFUSUM ABSINTHII,
AQUA CHAMOMILLÆ ROMANÆ. PH. B. p. 186.

* EXTRACTUM. PH. B. p. 152.

DOSIS gr. x—xxx.

Notandum quod coquendo oleum æthereum et una vires plurimum perdantur.

Eadem omnino dicenda de CHAMÆMELO VULGARI.

* ANTIMONIUM OFF. Vid. SULPHURETUM STIBII. *Spiesglas*.

DOSIS gr. II—xxv. Sensim augendo.

VINUM STIBIATUM. PH. B. p. 142.

DOSIS pro pueris, gutt. v—x, pro adultis XL—LX.

APIUM GRAVEOLENS. Radix, semen.

APIUM PETROSELINUM. Radix, herba recens, semen.

AQUA DISTILLATA.

℞. Aquæ communis q. v.

Coq. per 1/4 horæ in vase aperto, dein e Balneo maris destilla donec 2/3 evocaveris, quas vasis clausis serva.

* ARBUTUS UVA URSI. Folia.

DOSIS, pulveris foliorum drach. semis ter indies. Superbibatur scyphulus decocti sequentis.

℞. Foliorum uvæ ursi manip. semis.

Coq. in aq. communis q. s. per horæ quadrantem. Sub finem adde

Radicis glycyrrhisæ rasæ et contusæ unc. semis. Colatura libræ unius sumatur in die.

* ARCTIUM LAPPA, BARDANA. Radix.

DECOCTUM.

℞. Rad. Bardanæ mundat. incis. et ruditer contusæ unc. duas.

Coq. in aq. communis libr. quatuor, ut maneat colatura libr. duarum, quæ æquivalere asseritur libris duabus decocti lignorum.

ARECA CATECHU, TERRA JAPONICA. *Japonsche aarde.* Vid. URTICA URENS et TORMENTILLA.

Decoctum adstringens.

℞. Terræ catechu drach. duas.

Coq. in aq. q. s. ad libr. duas sub finem adde
Foliorum salviæ manip. semis,
Rad. liquir. ras. unc. semis.

Detur de colatura calida subinde vasculum.

ARISTOLOCHIA SERPENTARIA. Vide SERPENTARIA VIRGINIANA.

ARMORACIA, COCHLEARIA ARMORACIA, RAPHANUS RUSTICANUS. Radix recens.

Cerevisia Armoraciæ.

℞. Cerevisiæ libr. quatuor,
Rad. Armoraciæ unc. unam et semis,
Turionum Pini unc. unam.

Post sufficientem infusionem exprime.

Dosis II—IV unc. de die.

Mel Armoraciæ.

℞. Succi Armoraciæ partem unam,
Mellis partes duas.

Inspissentur leni igne.

* Spiritus Armoraciæ compositu

℞. Radicis recent. Armoraciæ,
Succi ejusdem,
Aq. communis â libr. sex,
Alcohol. libr. duas.

Destilla ad medictatem et adde huic medietati rursus radicis prædictæ libras III. Destilla balneo mariæ.

Dosis drach. I—unc. I.

* ARNICA MONTANA. Flores, Radix.

Dosis florum : drach. semis ad integram tribus vel quatuor unciis aquæ infusa.

Dosis florum et foliorum in pulvere gr. V—X.

Infusum Radicis.

℞. Rad. Arnicæ unc. semis.

Infunde aq. fervidæ. q. s. ad remanentiam unc. duodecim.

Stent in digestione leni, vase clauso, per quadrantem horæ, refrigerata cola exprimendo.

Dosis Radicis pulverisatæ gr. X—XXX.

* ARSENICUM ALBUM.

* ASA FOETIDA.

Emulsum gummosum Asæ fœtidæ.

℞. Asæ fœtidæ drach. duas.
Dissolve malaxando in Aq. fontis unc. octo.
Cola per linteum rarum et adde
Syr. cort. aurant. unc. unam.

Dosis cochlear omni bihorio vel rarius.

Pilulæ antihystericæ.

℞. Gummi ammoniaci drach. unam,
Asæ fœtid. drach. semis,
tinct. ejusd. q. s.
f. pilulæ gr. III.

Dosis pill. II omni quadrihorio.

* TINCTURA ASÆ FOETIDÆ. PH. B. p. 170 et 172.

Dosis gutt. XX—XL—LX.

ENEMA.

℞. Asæ fœtidæ drach. unam.

Dissolve malaxando in aq. Chamom. roman. unc. VIII. Colaturam tepefactam injice.

* ASARUM EUROPÆUM. Radix.

Dosis radicis pulverisatæ in VOMITORIUM præscriptæ gr. XXX.

Cum vis emetica radicis Asari in parte ejus resinosa consistat, infusa aquosa plane inertia sunt (BURTIN).

PULVIS ERRHINUS.

℞. Pulv. rad. Asari,

——— Majoranæ ā scrupulum.

M. Detur ut aliquoties parva quantitas naribus attrahatur. Vid. CONVALLARIA.

AURANTIORUM CORTICES, CITRI AURANTII CORTICES; *Oranje-citroen-schellen.*

INFUSUM velut RADICIS ARNICÆ.

FLAVEDO CORTICIS AURANTIORUM.

Dosis cum saccharo albo gr. X—XXX.

TINCTURA. PH. B. p. 170 et 172.

Dosis drach. II—IV.

SUCCUS vid. ACETOSA et RIBES.

AXUNGIA PORCINA vid. ADEPS.

BARDANA vid. ARCTIUM LAPPA.

* BARITA, vulgo TERRA PONDEROSA, PROTO-HYDRO-CHLORATUM BARITÆ. *Zout-zure zwaar-aarde.*

Murias Baritæ. PH. B. p. 123.

* BELLADONA, atropa belladona. *Doodelyke nachtschade.* Folia.

Fl. ab aprili ad junium.

Dosis foliorum pulverisatorum primum exiguissima sit: incipiatur a grano dimidio aquæ infuso et sensim augeatur donec oris siccitas aut vertigo superveniat. Progreditur quandoque usque ad grana xx.

Extractum ex foliorum et baccarum succo paratum eamdem cautelam exigit. PH. B. p. 156. Plerisque vero omnino reprobatur; imo tota planta utpote venenosissima vix ad usus medicos adhibetur.

BETULA ALBA. Succus.

Dosis succi unc. iv ad vi in scorbuto et morbis cutaneis, jejuno ventriculo per plures septimanas.

BILIS PORCINA.

Dosis Bilis recentis unc. dimidia pluries in die. Dissolvi potest in aqua Menthæ piperitidis, vel in vino, vel ut Reil consulebat, in aqua cinnamomi, hora una post assumtum cibum.

Dosis Bilis inspissatæ gr. x; sed recenti minus efficax habetur.

Pilulæ biliosæ digestivæ.

℞. Bilis inspissatæ,
Saponis veneti â drach. duas,
Ol. tartari p. diliquium q. s.
F. pill. gr. iii.
Dosis iii vel iv.

BISTORTA. Vide TORMENTILLA et consule partem priorem.

BOLETUS IGNIARIUS. Vid. AGARICUS QUERNUS.

* BORAX, SUBBORAS SODÆ. *Goud-soudcersel.*
Dosis gr. v—x bis, ter, quater in die.

COLLUTORIUM ORIS ANTIAPHTOSUM.

℞. Boracis venetæ drachmam,
Mellis unc. tres,
Aq. communis unc. sex.
M.

LINCTUS SIMILIS.

℞. Boracis drach. duas,
Mellis unc. tres.
M.
Dosis cochlearculum caffetarium omni bihorio.

* BOTRYS; CHENOPODIUM. Herba.
Sumitur pro infuso theiformi cum lacte recens mulcto.

INFUSUM.

℞. Herbæ recentis Botryos manip. I in mortario marmorio tritæ affunde lactis bullientis libr. I et semis, stent in digestione per horam, et sumatur spatio 24 horarum.

CONSERVA ut CONSERVA ABSINTHII.

BRYONIA ALBA. Radix.

PULVIS PURGANS.

℞. Pulv. rad. Bryon. albæ,
Tartratis aciduli potassæ à scrup. duos.
M. Detur pro dosi quæ augeri potest.

EXTRACTUM BRYONIÆ.

℞. Rad. Bryoniæ libram,

Aq. fontis lib. sex.

Digere per quatuor dies in loco calido, dein coq. per momentum, cola exprimendo et evapora ad consistentiam extracti.

Dosis v—xv grana.

BUTYRUM INSULSUM RECENS.

BOLUS TUSSIM CATARRHALEM DEMULCENS.

℞. Butyri recentis drach. unam,
Pulv. rad. Liquiritiæ scrupulum semis.
M. F. bolus omni vespera sumendus.

BUXUS SEMPER VIRENS. Folia.

Dosis in decocto uncia una pro libra aquæ.

CALAMUS AROMATICUS. Vid. ACORUS CALAMUS.

* CALOMELAS, PROTO-CHLORURETUM HYDRARGYRI, MERCURIUS DULCIS. PH. B. p. 130.

Dosis a gr. 1 ad xv pro vario scopo medici.

* CALX, CALCARIA, CALX VIVA, PROTOXYDUM CALCIS. PH. B. p. 108.

AQUA CALCIS. Ibid. p. 109.

LINIMENTUM AD AMBUSTA.

℞. Calcis vivæ pugillum,
Aq. communis libr. duas
Filtra et aquæ filtratæ adde
Olei Lini sine igne expressi unc. semis
Agitetur et servetur usui.

* CAMPHORA.

Dosis sub forma pilularum gr. 1—v omni hora, bihorio vel rarius, juxta necessitatem plus minus urgentem.

Emplastrum nigrum camphoratum.

℞. Cerussæ pulverisatæ libr. tres.

Dissolve coctione in Olei Papaveris albi vel Olivarum pintis IV.

Dein adde

Ceræ citrinæ unc. novem.

Protrahatur coctio donec acquisiverint emplastri consistentiam; tum removeantur ab igne et quum ferme refriguerint admisceantur camphoræ q. s. Olei Papaveris vel Olivarum solutæ unciæ tres.

Spiritus Vini camphoratus, Tinctura camphoræ. PH. B. p. 171.

CANCERIS ASTACI LAPIDES, vulgo OCULI CANCRORUM. *Kreften-oogen.*

Præparatio lapidum cancrorum.

Laventur et porphyrisentur cum pauco aquæ, inde formentur trochisci, qui super chartam siccentur.

Lapides Cancrorum pulverisati.

Dosis pro adulto drachma semis bis in die. Pro pueris detur quantum cuspide cultelli capi potest aliquoties in die cum pulte, lacte, aqua mellita.

CANELLA ALBA vid. WINTERANUS CORTEX.

* CANTHARIDES, LYTTA VESICATORIA, MELOE VESICATORIUS. *Spaansche Vliegen.*

Serventur integræ in capsis ligneis ab aëre atmospherico et radiis solaribus seclusæ, et solum pro necessitate ex tempore pulverisentur.

Dosis in pulvere a quarta parte unius grani ad integrum granum, cum emulso gummi arabici.

EMPLASTRUM VESICATORIUM. PH. B. p. 217.

TINCTURA CANTHARIDUM. Ibid. p. 171.

Dosis gutt. x—xv cum mucilagine gummi arabici et grano I camphoræ bis in die.

* CARBONAS AMMONIÆ LIQUIDUM, SUBCARBONAS AMMONIÆ LIQUIDUM, SPIRITUS SALIS AMMONIÆ CUM CINERIBUS CLAVELLATIS. PH. B. p. 112.

* CARBONAS MAGNESIÆ, SUBCARBONAS MAGNESIÆ, MAGNESIA CARBONICA. Ibid. pag. 121.

* CARBONAS POTASSÆ ALCALINUM, SUBCARBONAS POTASSÆ, SAL TARTARI. Ibid. p. 109.

Dosis gr. x—xx.

CARDUUS BENEDICTUS, CENTAUREA BENEDICTA. *Gezegende distel.* Folia.

Fl. a majo ad julium.

EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI. PH. B. p. 153.

Dosis gr. v—x—xx.

CAREX ARENARIA, DISTICHA et HIRTA. Radices substituuntur SARSAPARILLÆ.

DECOCTUM.

℞. Radicis cujusvis harum plantarum unc. duas.

Coq. in aq. communis q. s. colatura duarum librarum sumatur vasculatim intra biduum.

CARTHAMUS TINCTORIUS. Semen.

Semina seu grana ad drachmas duas, tres, quatuor data in decocto cum tertia parte seminis Anisi purgant. Drachmæ duæ in mucilagine cum aqua aliqua blande aromatica idem præstant.

CARUM CARUI. Semen.

PULVIS CARMINATIVUS.

℞. Pulveris seminis carui gr. xx—xxx.
Ol. stillatitii Anisi gutt. unam.
M. F. pulvis. Detur talis omni quarta hora.

AQUA DESTILLATA SEMINIS CARUI.

℞. Seminis carui partem unam,
Aquæ partes sex.
Post macerationem per tres dies destilla et separa oleum prolectæ aquæ supernatans.

SPIRITUS CARI CARUI-SIMPLEX. PH. B. p. 188.

* CASCARILLA, CROTON CASCARILLA. Cortex.
Dosis corticis pulverisati gr. x—xx—xl.

DECOCTUM EXCITANS TONICUM.

℞. Corticis cascarillæ grosso modo pnlverisati unc. unam.
Coq. vase clauso cum aquæ unc. duodecim.
Colatura sit unc. octo.
Dosis unc. dimidia ad unc. i et semis.

EXTRACTUM CASCARILLÆ. PH. B. p. 153.

Dosis gr. x—xx.

TINCTURA. PH. B. p. 172.

Dosis guttæ x—xx.

CASSIA FISTULA.

CASSIA SENNA. Vid. SENNA.

CASTOREUM TIBER. *Bibergeel.*
Dosis in pulvere gr. iv—vi—x.

AQUA CASTOREI COMPOSITA, AQUA BRYONIÆ COMPOSITA, vel hujus loco SEQUENS:

℞. Herbæ recentis matricariæ libr. tres,
——————— menthæ piperitidis,
Corticum aurantiorum ā libr. semis.
Castorei unc. unam.

Minutim concisa infunde triduum in vini albi generosi pintis duodecim.

Deinde ut evitetur empyreuma addita sufficiente quantitate aquæ, abstrahe igne nudo pintas octo.

CATECHU vid. ARECA CATECHU.

CENTAURIUM MINUS. Herba, summitates.

INFUSUM, DECOCTUM, EXTRACTUM ut ABSINTHII.

CEPHAELIS vid. IPECACUANHA.

* CERA FLAVA et ALBA.

CERATUM SIMPLEX, CERATUM GALENI. PH. B. p. 214.

CEREOLI SIMPLICES. Ibid. p. 220.

* CERUSSA, SUBCARBONAS PLUMBI.

UNGUENTUM ALBUM RHAZIS.

℞. Cerussæ pulverisatæ partem unam,
Axungiæ porcinæ partem unam et semis
triturando misce.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

℞. Ung. alb. Rhazis partes viginti quatuor,
Camphoræ pauco oleo oliv. solutæ partem unam.
Misce terendo.

CERVI ELAPHI CORNU,

——————————— RASPATUM,

——————————— USTUM.

CETRARIA ISLANDICA vid. LICHEN ISLANDICUS.

CHAMÆMELUM VULGARE vid. ANTHEMIS NOBILIS.

CHAMOMILLA ROMANA. Ibid.

CHENOPODIUM BOTRYS, vid. BOTRYS.

* CICUTA, CONIUM MACULATUM. *Dulle kervel, Scheirling.* Herbà. PH. B. p. 38 seq.
Fl. majo ad julium.

EMPLASTRUM CICUTÆ. Ibid. p. 217.

EXTRACTUM CICUTÆ. Ibid. p. 156.

Dosis primo et secundo die gr. XII. Alternis diebus augenda dosis ad gr. V, donec æger sumat ad minus drach. II quotidie.

* CINCHONA OFF.

CINCHONA CORDIFOLIA. CORTEX PERUV. REGIUS, FLAVUS.

——— LATIFOLIA ——————— FUSCUS.

——— OBLONGIFOLIA ——————— RUBER.

Vid. PH. B. p. 36 et R. p. 73—224.

DECOCTUM. PH. B. p. 148.

EXTRACTUM. Ibid. p. 154.

TINCTURA. Ibid. p. 172.

SULPHAS QUININÆ.

℞. Extracti alcoholici cinchonæ flavæ q. p.; tracta illud calide aqua acido hydrochlorico maritata, bulliat liquor acidus cum excessu subcarbonatis magnesiæ, usque ad perfectam decolorationem, filtra, depositum collige et aqua frigida lava, exsicca, dein digere ter quaterve cum alcohole 36°, distilla tincturas et residuum cum acido sulphurico combina.

Dosis grana III—IV pluries in die secundum febris typum aut apyrexiæ spatium.

Si æger organa digestiva bene disposita habet, cortex datur in substantia subtilissime pulverisatus et ad sulph. quininæ non proceditur nisi in casu contrario vel si cortex non satisfacit.

Cortex ruber ob hanc rationem et quod carior sæpiusque mangonisatus est, aliis speciebus communiter sat efficacibus postponendus. Adhæc experientia mihi constat hunc in subjectis summe teneris perspirationem cutaneam sensibiliter inhibere.

Dosis cujuslibet specici juxta indicationis circumstantias a medico determinari debet.

CINNABARIS FACTITIA. Vid. PH. B. p. 13.

Dosis gr. v—xx.

CINNAMOMUM CHINENSE. Cortex.

Cinnamomum ceylonense utpote majoris pretii nec tamen majoris virtutis, nunquam adhibendum nisi in subjectis apprime debilibus, quia chinense ob substantiam magis fibrosam difficilius digeritur (Harbaur).

Cum cinnamomi virtus pendeat ab oleo suo æthereo, dum emitur gustandum et inquirendum num fortassis mixtum sit corticibus e quibus oleum istud modo extractum est?

Dosis in substantia gr. v—x—xx.

Aqua cinnamomi simplex (dicta hordeata). Vid. PH. B. p. 186.

Dosis. Pro adultis datur cochleatim, pro pueris cochlearculum cafetarium aliquoties in die.

* Tinctura. PH. B. p. 158.

Dosis drach. i—ii.

Oleum datur ad guttas aliquot cum pauco saccharo albo tritum.

Oleum hoc alcohole mixtum et aqua depurata solutum, vices Aquæ cinnamomi dum hæc præsto non est, supplere posset. Idem est de aliis oleis stillatitiis.

Cum Cinnamomi virtus pendeat ab hoc oleo, dum emitur gustandum et inquirendum num fortassis mistum sit corticibus e quibus oleum istud modo extractum est?

CITRUS MEDICA. Fructus, horumque succus et corticis pars exterior recens.

Oleum essentiale corticum citri, oleum de cedro.

℞. Mala citrea quot volueris.

Abrade partem flavam a cortice albo, sacculo inclusam submitte torculari, exprime et succum excipe in vas cylindricum, post aliquod tempus separetur oleum supernatans.

Dosis guttæ xii pro singula sacchari uncia; et ita etiam constituit Eleosaccharum, dosi limitatiore.

Vel sumitur frustum sacchari albi et hujus ope abraditur flavedo mali citri recentis, donec sit bene imbutum oleoso succo; dein pulverisatum vocatur essentia sicca citri.

COCHLEARIA off. *Lepelblad.* Herba recens.

Fl. aprili et majo.

Succus cochleariæ, quiete defoecatus.

Datur cochleatim vel solus, vel sero lactis commixtus, pluries in die, ab uncia dimidia ad integram. Dosis posset augeri, et succus conservari ut Succus acetosæ. Renovetur sæpe.

* Spiritus cochleariæ. Ibid. p. 190.

Colchicum autumnale. Radix.

Acetum colchicum.

℞. Radicis colchici recentis incisæ unc. quatuor.
Aceti vini pintam
Digere dies octo, tum adde
Spiritus vini gallici unc. duas.
Digere adhuc quatriduum et filtra.

* Oxymel colchicum.

Paratur ut scilliticum. PH. B. p. 166.
Dosis a drachma i ad unc. i paulatim augendo.

COLOCYNTHIS off. Fructus.

Dosis pulveris radicis octava grani pars aliis pulveribus commixti, omni bihorio, trihorio, quadrihorio.

* Tinctura. PH. B. p. 174.

Dosis gutta xv.

* COLUMBO. Radix.

Dosis Radicis pulverisatæ gr. xx—xl.

Decoctum.

℞. Pulv. rad. Columbo unc. semis.
Coq. in aquæ libris duabus, colatura sit libr. unius et sem.

Dosis: unc. ii omni tertia vel quarta hora. Vid. GNAPHALIUM DIOICUM, LYTHRUM SALICARIA, et TOR-

MENTILLA; sed huic aliquid mucilaginosi addendum (HARBAUR).

COLUTÆA ARBORESCENS.
Vide priorem partem.

CONIUM MACULATUM. Vid. CICUTA.

CONSOLIDA MAJOR. Vid. SYMPHITUM.

CONTRAYERVA, DORSTENIA CONTRAYERVA.

CONVALLARIA MAJALIS. Flores.

EXTRACTUM ut EXTRACTUM ABSINTHII.

PULVIS STERNUTATORIUS VIRIDIS.

℞. Pulveris florum convallariæ majalis,
——— herbæ Mari ā unc unam ef sem.
——— ——— Majoranæ unc. duas.
M. F. pulvis.
Siccescendo vires perdit. Vid. ASARUM.

CONVOLVULUS SEPIUM.
Vide partem priorem.

COPAIFERA OFF. Vid. BOTRYS.

CORALLINA OFF. Vide MUSCUS CORALLINUS.

CORIANDRUM SATIVUM. Semen.

PULVIS STOMACHICUS CARMINATIVUS.

℞. Pulv. seminis coriandri,
———— anisi ā drach. duas.
M. F. pulveres N° VI.
Dosis duo de die.

Vinum coriandri.

℞. Seminis coriandri contusi drach. duas.
Florum sambuci manip. semis.

Infunde Vini albi libris duabus per quatuor horas. Colatura sumatur uno die.

CORNU CERVI ELAPHI. *Herts-hoorn.*

Decoctum compositum cornu cervi, sive decoctum album sydenhami. PH. B. p. 148.

Gelatina cornu cervi. Ibid. p. 164. Sed loco vini Rhenani et succi citri adhibe succi Ribesior. unc. unam.

Sal cornu cervi. Ibid. p. 113.

Dosis gr. III—X cum aquæ q. s.

Spiritus cornu cervi. PH. B. ibid.

Dosis guttæ XX—XXX.

* CREMOR TARTARI DEPURATUS, supertartras potassæ venale. PH. B. p. 118.

Dosis qua purgans unc. semis ad integram, qua diureticum drach. I—III in aqua solutus.

* CRETA ALBA PULVERISATA seu pulvis absorbens. Ibid. p. 17 et 120.

Dosis drach. semis.

Pulvis cretaceus compositus.

℞. Cretæ albæ præparatæ unc. quatuor,
Nucis moschatæ,
Cariophillorum aromaticorum ā drach. semis.
M. F. pulvis.
Dosis : scrupulus usque ad drach. semis.

CROCUS SATIVUS. Florum stigmata.

TINCTURA CROCI. PH. B. p. 171.
Dosis drach. semis.

CUMINUM OFF. Semen.

OLEUM STILLATITIUM.

Dosis gutta I—III. Cæterum omnia ut Carum carui.

CYDONIA VULGARIS. PYRUS CYDONIA. *Kweë-appelen.* Semen pro mucilagine.

* DAPHNE MEZEREUM, THYMELÆA MEZEREUM. *Mezerieboom, Zeidel-boom.* Cortex.

Fl. martio et aprili.

Cortex inservit exutorio; in aqua vel aceto 24 horas maceratus et facie sua interna nudo corpori applicatus instar vesicantis agit.

POMATUM IN EUMDEM USUM.

℞. Axungiæ porcinæ partes decem,
Ceræ partem unam,
Corticis Mezerei præparati partes quatuor.
F. Pomatum.

DECOCTUM.

℞. Corticis radicis Mezerei drach duas.
Coq. in s. q. aquæ ad remanentiam libr. unius.
Dosis dimidia tassa ter quaterve de die.

* DATURA STRAMONIUM. *Dol-appel, Doorn-appel.* Herba recens.

Fl. per æstatem.

SUCCUS INSPISSATUS vulgo EXTRACTUM STRAMONII. PH. B. p. 156.

Dosis a quarta grani parte ad gr. xx in sextuplo sacchari, paulatim ascendendo, semel vel bis in die.

DAUCUS CAROTA, VULGARIS SATIVUS et SYLVESTRIS. Semen, radix recens.

Dosis seminis drach. semis ad integram, bis vel ter in die.

SUCCUS INSPISSATUS.

℞. Radicum Dauci sativi rasarum libr. duas,
Aquæ bullientis libr. decem.

Digere in vase clauso 24 horas et coque per horam; decoctum refrigeratum decanta, exprime residium, commisce ambos liquores et per requiem depuratos evapora ad debitam spissitudinem.

CATAPLASMA AD CANCRUM APERTUM.

℞. Carotæ sativæ raspatæ q. v.
Decocti cicutæ maculatæ q. s.
F. Cataplasma.

DECOCTUM ALBUM SYDENHAMI. Vid. CORNU CERVI.

* DEUTOXYDUM HYDRARGYRI NITRATUM, MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER. PH. B. p. 128.

* DIGITALIS PURPUREA. Folia. *Vinger-hoed-kruid.* Ultra annum collecta iners evadit.

Dosis foliorum pulverisatorum gr. dimidium ad gr. III sensim augendo, bis vel ter in die.

PILULÆ HYDRAGOGÆ.

℞. Pulv. folior. digitalis purp. gr. duodecim,
Scillæ præparatæ gr. octo,
Calomelæ gr. sex,
Mucilaginis gum. Arabici q. s.

F. Pilulæ N° xxiv.

Dosis una vel duæ bis vel ter in die.

Tinctura.

℞. Foliorum digitalis recens siccatorum et grosso modo pulverisatorum unc. duas,
Alcoholis 20°
Aquæ communis â unc. quatuor.

Digere prope ignem 24 horas, subin lagenam agitando.

Leniter expressum filtra et serva.

Dosis gutt. xv—xxv omni quinta vel sexta hora.

Infusum.

℞. Fol. digitalis purp. grosso modo pulverisat. gr. xx—lx—xc in unc. quatuor aquæ.

Cola et adde Aquæ Menthæ piperitidis unc. duas.

Dosis drachmæ ii—iii bis in die.

Si nausea vel vertigo superveniat, usus minuendus vel pro pauco tempore intermittendus.

* DULCAMARA. Stipites lignosi.

Decoctum dulcamaræ.

℞. Stipitum dulcamaræ lignosorum unc. i et semis,
Rad. liquiritiæ drach. i et semis,

Incisa et leniter contusa coq. in
Aq. communis libr. duabus et semis ad remanentiam libr. duarum, cola et exhibe ad lagenam.

Salvis viribus longam coctionem non fert.

Infusum unciæ unius in aquæ fervidæ libra una et semis, Decocto et Extracto longe præferendum videtur.

Absumatur intra 24 horas.

* Extractum Dulcamaræ. PH. B. p. 153.

Dosis gr. v—xx.

EXTRACTUM SATURNI. ACETAS PLUMBI LIQUIDUM.

FARFARA, TUSSILAGO. *Hoef-blad, Paarde-klauw.* Flores. Fl. martio et aprili.

SPECIES BECHICÆ.

℞. Florum Farfaræ unc. duas,
——— Papaveris rhæados unc. semis,
Radicum Liquiritiæ unc. unam,
Seminis Anisi drach. duas.
Concisa et contusa dentur ad chartam.

FERRUM, CHALYBS, MARS. *IJzer, Staal.*

LIMATURA PRÆPARATA, seu PURIFICATA. PH. B. p. 134.

RUBIGO FERRI.

Reponitur limatura in loco humido, ut in rubiginem fatiscat, quæ dein in tenuissimum pollinem teritur.

Dosis gr. II—VI bis vel ter in die.

BOLUS MARTIALIS.

℞. Limaturæ ferri præparatæ unc. sem.
Pulv. cardui benedicti drach. unam.
M. Grana IV hujus pnlveris dentur cum mellis q. s. ut f. bolus, qui singulam formabit dosim, bis in die sumendam, cum scypho Aquæ martialis sequentis:
℞. Clavorum minimorum rubiginosorum N° c.
Superaffundantur aquæ communis libræ duæ, clavos agita donec aqua rubigine impraegnata sit. Decantetur et detur ad lagenam.

ÆTHIOPS MARTIALIS, PROTOXYDUM FERRI. PH. B. p. 134.
Dosis gr. III—X bis in die.

* Sal martis, sulphas martis. Ibid. p. 135.
Dosis gr. i—vi.

Tinctura Martis tartarisata, tartras potassæ et ferri liquidum. Ibid. p. 137.

Sola exhibetur ad guttas xx—xxx pro unico haustu, vel admiscetur ad drachmas ii—vi cujusvis mixturæ unciarum iv—viii.

Vinum chalybiatum.

℞. Limaturæ ferri non rubiginosæ unc. duas.
Pomi aurantii amari conc. N° i.
Infunde in vini albi libris duabus.
Digere lagena clausa super cineres calidos aut in radiis solaribus dies quatuor et cola.

Dosis bis in die unc. i, horæ quadrante ante prandium et ante cænam.

FERULA ASA FOETIDA. Vide ASA FOETIDA.

* FILIX MAS. Radix.

Dosis radicis pulverisatæ drach. iii jejuno ventriculo; duas horas postea purgans drasticum ex jalappæ drachma et mercurii dulcis granis iii assumendum.

FOENICULUM. Vide ANETHUM FOENICULUM.

GENTIANA CENTAURIUM. Vid. CENTAURIUM MINUS.

* GENTIANA LUTEA. Radix.

Dosis pulveris radicis gr. x—xxx.

* Extractum. PH. B. p. 154.

Dosis gr. x—xx quæ solvuntur in vino vel in aqua aliqua stillatitia aromatica, vel inde formantur pilulæ.

TINCTURA. Ibid. p. 172.

Dosis guttæ L—LXXX.

INFUSUM.

℞. Radicis gentianæ grosso modo pulverisatæ unc. sem.
Corticis Aurantiorum drach. unam,
Aquæ q. s. ut post digestionem maneat colatura 8 vel 12 unciarum.

GEUM URBANUM. Radix.

Dosis scrup. I ad drach. semis, ter vel quater in die.

TINCTURA.

℞. Pulv. rad. Gei urbani unc. unam,
Alcoholis libram unam.
F. tinctura
Dosis cochear ter in die.

GLOBULARIA, TURBITH ALIPUM. Folia.

Dosis in pulvere drach. I—II.
Drachmæ III—VI in decocto lene purgans constituunt.

* GLYCIRRHIZA GLABRA. Radix, succus insissatus.

SUCCUS LIQUIRITIÆ DEPURATUS. PH. B. p. 155.

Sed fiat maceratio et dissolutio in aqua frigida.

GNAPHALIUM DIOICUM. Herba.

DECOCTUM.

℞. Herbæ Gnaphalii unc. semis.
Coq. in s. q. aquæ per horæ quadrantem, et colaturæ libræ unius adde
Mellis unc. unam.
Dosis omni bihorio vasculum.

GRAMEN. Vid. AGROPYRUM REPENS.

* GUAJACUM OFF. Lignum, Cortex, Resina.

EXTRACTUM. PH. B. p. 154.

RESINA ut RESINA CORTICIS PERUVIANI FUSCI. PH. B. p. 193.
Dosis, gr. v—xx.

* TINCTURA. Ibid. p. 172.
Dosis, guttæ xx—xl.

DECOCTUM LIGNORUM SIMPLEX.

℞. Rasuræ ligni Guajaci unc. unam et semis,
Rad. Bardanæ drach. sex.
Coq. cum aquæ libris tribus ad remanentiam unc. sedecim, sub finem adde
Ligni Sassafras,
Rad. Liquiritiæ â unc. semis;
Post nonnullas ebullitiones cola.
Vide ARCTIUM LAPPA, BUXUS et PINUS SYLVESTRIS.

* GUMMI ARABICUM.

PULVIS GUMMOSUS. PH. B. p. 199.
Dosis, drach. I quater in die.

EMULSIO GUMMI ARABICI.

℞. Gummi arabici, *vel* Cerasor, *vel* Prunor etc. unciam unam.
Terendo admisce
Aquæ calidæ unc. sex.
Dosis, uncia dimidia quolibet bihorio.

MUCILAGO GUMMI ARABICI. PH. B. p. 175.

HEDERA TERRESTRIS, GLECHOMA HEDERACEA. *Aard-veil.* Fl. aprili. Herba.

Partem specierum pectoralium efficit.

CONSERVA ut CONSERVA ABSINTHII.

EXTRACTUM.

℞. Herbæ Hederæ terrestris libram,
Aq. fontis libras sex.

Digere per quatuor horas, coque per momentum, cola fortiter exprimendo et evapora colaturam in consistentiam extracti.

* HELENIUM. Radix.

Dosis, radicis pulverisatæ gr. x—xx.

* EXTRACTUM. PH. B. p. 154.

Dosis, gr. v—x.

DECOCTUM : drach. VI pro aquæ unc. VIII.

INFUSUM : drach. IV pro eadem quantitate aquæ.

* HELLEBORUS NIGER. Radix.

EXTRACTUM ut EXTRACTUM HELENII.

HEPAR SULPHURIS. Vid. SULPHURETUM POTASSÆ.

* HORDEUM, SEMEN CRUDUM, MUNDATUM et PERLATUM.

DECOCTUM HORDEI DECORTICATI. PH. B. p. 148.

HUMULUS, LUPULUS. Herba, Stroboli, Radix.

TINCTURA.

℞. Herb. Humuli unc. quinque,
Spir. vini pint. duas.

Macera per dies septem et filtra.

Dosis, drachma I bis in die.

* 1. HYDRARGYRUM, MERCURIUS, ARGENTUM VIVUM, *Kwik.*

* 2. DEUTOXYDUM HYDRARGYRI NITRATUM. MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER. PH. B. p. 128.

* 3. MURIAS HYDRARGYRI OXYDULATUM sive PROTOCHLORURETUM HYDRARGYRI. MERCURIUS DULCIS, CALOMELAS. Ibid. p. 130.

* 4. MURIAS HYDRARGYRI OXYGENATUM sive DEUTOCHLORURETUM HYDRARGYRI. MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS. Ibid.

AQUA MERCURIALIS sive DECOCTUM MERCURII ANTHELMINTHICUM.

℞. Mercurii vivi depurati unc. quartuor.

Coq. in aquæ fontis libris sex ad quartuor.
Decantata bibatur cum vel sine lacte.

Dosis, uncia dimidia ad uncias III pro pueris unius ad sex annos; vel omni bihorio unciæ duæ pro pueris ætate paulo majoribus.

Non spernendis nec tamen explicandis effectibus contra vermes commendatur.

PILULÆ HYDRARGYRI GUMMOSÆ, MERCURIALES PLENCKII. PH. B. p. 204.

Aliæ resolventes.

℞. Hydrargyri purificati,
Extracti Graminis ã drach. unam,
Pulveris rad. Liquiritiæ q. s.
F. Massa et formentur inde pilulæ N° lx.
Dosis, duæ bis in die.

Trochisci Vermifugi.

℞. Calomelæ unc. semis,
Sacchari albi unc. unam,
Amili unc. semis.
F. Mucilaginis gummi tragac. q. s. f. trochisci 144.
Dosis, unus mane et vesperi

* Unguentum Hydrargyri, unguentum mercuriale. PH. B. p. 210.

Unguentum nitratis Hydrargyri. Unguentum citrinum. Ibid.

Unguentum pediculorum.

Unguentum protoxydi hydrargyri, unguentum neapolitanum. Ibid. p. 212.

℞. Hydrargyri unc. unam et semis,
Axungiæ porcinæ, libr. unam et semis,
extincto metallo adde
Pulveris seminis staphysagriæ unc. quatuor.
M. exacte.

HYDROLAPPATUM. Vid. RUMEX ACUTA.

HYDROSULPHURETUM STIBII. Vid. KERMES MINERALE.

* HYOSCYAMUS NIGER. Recens herba.

* EXTRACTUM ut EXTRACTUM CICUTÆ.

Dosis, a gr. II—XX paulatim ascendendo.
Pro clysmate drach. semis ad integram.

* HYPERICUM PERFORATUM. Summitates et flores.

MEL HYPERICI.

℞. Summitatum Hyperici concis. manip. tres.
Florum ejusdem manip. unum.
Aquæ ferventis libr. duas.

Infunde et digere super cineres calidos per quatuor horas, colaturam expressam misce cum mellis despumati libris quatuor et in vase non vitriato coquantur leni igne in consistentiam debitam.

HYSSOPUS OFF. Folia.
Fl. julio et augusto.
Colligatur herba mense julio ante efflorescentiam.

INFUSUM.

℞. Foliorum Hyssopi drach. duas et semis,
Rad. Liquiritiæ ras. drach. duas.
Colatura sit librarum duarum.

* JALAPPA. Radix.

Dosis, in pulvere a gr. III—XL juxta ætatem et constitutionem subjecti.

* RESINA JALAPPÆ. PH. B. p. 194.

Dosis, ad summum gr. XII, cum vitello ovi aut melius in menstruo spirituoso soluta.

* TINCTURA JALAPPÆ. Ibid. p. 172.

Dosis, ad unc. dimidiam.

ILLICIUM ANISATUM. Vid. ANISUM VULGARE.

INULA HELENIUM. Vid. HELENIUM.

* IPECACUANHA. Radix.

PULVIS EMETICUS.

℞. Pulv. radicis Ipecacuanhæ gr. triginta.
Tartrat. potassæ stibiati gr. unum.
M. F. pulveres N° III.

Dosis, pro adulto unus singulo horæ quadrante, donec effectus sufficiens obtineatur.

Bibatur subinde ad quamque vomitionem tassa tenuis infusi florum Anthemidis nobilis.

PULVIS IPECACUANHÆ COMPOSITUS, PULVIS DOVERI. PH. B. p. 200.

* IRIS GERMANICA. Radix.

Debet servari in loco sicco, nam radix hæc humiditatis valde avida est; nec simul et semel magnam quantitatem in pulverem redigere licet.

Succus insigne hydragogum est vitello ovi mixtus.

Dosis : incipiatur a cochleare uno et sensim augeatur dando sæpius in die.

Pulvis radicis datur ad drachmam unam etiam quater aut pluries in die, si largior alvi excretio id non vetat.

JUGLANS REGIA. *Wout-noot-boom.*

Cortex internus radicis recens, contusus et cuti applicatus potens se præbet causticum vesicans. R. p. 29.

Oleum nucum exprimitur ex meris nucleis ut oleum Amygdalarum, cujus optimum succedaneum est.

* JUNIPERUS COMMUNIS. Baccæ.

Infusum Juniperi.

℞. Baccarum juniperi unc. unam,
Aquæ fervidæ unc. duodecim.
F. Infusum.

* Rob Juniperi. PH. B. p. 164.

Spiritus Juniperi compositus. Ibid. p. 191.

JUNIPERUS SABINA. *Zeven-boom, Zavel-boom, Stinkende-jenever.*

Vinum sabinæ.

℞. Herbæ sabinæ manipulum,
Infunde Vini albi libris duabus.
Colatura cochleatim sumatur ter vel quater in dies.

* Unguentum sabinæ.

℞. Foliorum recentium a stipitibus separatorum et contusorum, libram semis,
Axungiæ porcinæ libr. duas,
Ceræ flavæ libram semis.

Coq. in axungia donec folia mollia sint, filtra cum expressione, adde ceram et misce.

* KERMES MINERALE. HYDRO-SULPHURETUM STIBII. PH. B. p. 143.

LAPATHUM ACUTUM. Vid. RUMEX ACUTA.

LAPIS CAUSTICUS. Vid. POTASSA FUSA.

* LAPIS INFERNALIS. Vid. NITRAS ARGENTI FUSUM.

Propter minus promtam hujus in aere deliquescentiam præfertur lapidi caustico, etiamsi carior.

LAURUS CAMPHORA. Vid. CAMPHORA.

LAURUS CINNAMOMUM. Vid. CINNAMOMUM.

LEONTHODON TARAXICUM. *Paarde-bloem.* Herba recens et radix.

Fl. majo et julio.

* Extractum. PH. B. p. 152.

Dosis, drach. I.

Decoctum Taraxici.

℞. Radicum Taraxici unc. duas,
Aquæ libras duas.

Reducatur coquendo ad medietatem et post quietem præcipitatis fæcibus decanta. Bibatur intra 24 horas.

LICHEN CANINUS. Adhibetur prout

* LICHEN ISLANDICUS.

Decoctum.

℞. Lichenis Islandici unciam,

Coq. cum aquæ communis unc. viginti quatuor ad remanentiam medietatis, sub finem coctionis adde

Rad. Liquiritiæ rasæ unc. semis, vasculatim intra 24 horas sumendum.

Gelatina Lichenis Islandici. PH. B. p. 164.

* LICHEN PULMONARIUS.

Decoctum ut lichenis islandici.

LILIUM CONVALLIUM. Vid. CONVALLARIA.

LINUM CATHARTICUM. *Purgeer-vlas.* R. p. 291.

Lene purgans.

℞. Pulv. fol. Lini cathartici drach. unam
Cremor tartari scrupulos duos.
Seminis Anisi vulgaris gr. VI. M.

* LINUM USITATISSIMUM. Semen.

Decoctum.

℞. Seminis lini unc. duas,
in nodulo lintei rari laxe ligatum
Coq. in Aquæ communis libris sex ad remanentiam librarum quatuor; sub finem adde
Radicis liquiritiæ rasæ et contusæ unc. unam.
Stent tantisper in infusione, dein cola et liquidum per subsidentiam depuratum decanta.

Unguentum ad Ambusta.

℞. Olei lini unc. sex,
Acetatis plumbi liquidi unciam.
M. exacte f. Linimentum.
Vide AMYGDALUS COMMUNIS.

LIQUIRITIA. Vid. GLYCYRRHIZA GLABRA.

* LIQUOR ANOD. MIN. HOFFMANNI. Vide ÆTHER SULPHURICUS ALCOHOLICUS. PH. B. p. 197.

LOPESIANA. Radix. Vide GNAPHALIUM, LYTHRUM SALICARIA et TORMENTILLA.

* LYTHARGYRUM, PROTOXYDUM PLUMBI SEMIVITREUM.

LYTHRUM SALICARIA. Herba.

Decoctum.

℞. Herbæ salicariæ unciam,
Aquæ fontis libram,
Reducatur ebulliendo ad unc. octo.
Dosis, cochlear omni bihorio.

LYTTA VESICATORIA. Vid. CANTHARIDES.

* MAGNESIA ALBA, SUBCARBONAS MAGNESIÆ, MAGNESIA SALIS EBSHAMENSIS. PH. B. p. 121.
Dosis: scopo purgandi drach. I ad II.

* MAGNESIA PURA, MAGNESIA CALCINATA. PH. B. p. 109.
Dosis, scopo alterandi gr. x—xx.

Pulvis antacidus Stomachicus.

℞. Magnesiæ albæ unciam,
Pulv. rad. Gentianæ,
—— Sem. Fœniculi ā drach. duas.
M. F. pulvis.
Dosis, cochlearculum cafetarium ter vel quater in die.

* MAGNESIA NIGRA, PEROXYDUM MANGANESII NIGRUM NATIVUM, TETROXYDUM MAGNESII. PH. B. p. 15.

Pulvis fumigatorius.

℞. Salis marini bene sicci partes quinque,
Magnesiæ nigræ partes duas.
M.
Ubi fumigatio instituenda, affunditur duabus partibus pulveris fumigatorii aqua in pultem redactis,

Acidi sulphurici pars una.

Cave propius ad ægrum fumum excitare. Plures cautelæ alibi inveniuntur.

* MARRUBIUM ALBUM. Herba.

* Extractum. PH. B. p. 154.

MATRICARIA CHAMOMILLA. Vide ANTHEMIS NOBILIS.

* MEL. *Honing*. R. p. 259.
Substituitur Saccharo.

Mel depuratum.

℞. Mellis libras tres,
Aquæ destillatæ unc. sex.
Solve leni calore et cola per pannum.

* Mel Mercurialis. PH. B. p. 165.

* Mel Rosarum Ibid.

Oxymel colchicum. Vide COLCHICUM AUTUMNALE.

Oxymel scilliticum. PH. B. p. 166.

* ——— simplex. Ibid. p. 167.

* MELISSA. Herba, summitates florentes.

* Aqua Melissæ, pariter Aq. Menthæ piperitidis.

℞. Herbæ utriuslibet partem unam.
Aquæ partes sedecim.
Destillet una quarta.

Infusum ut Infusum Absinthii.

OLEUM DESTILLATUM.

Dosis, gutta I.

SPIRITUS.

℞. Summitatum florentium Melissæ libr. duas,
Spiritus vini 10° libr. octo.

Post debitam macerationem destilla et spiritus prolectus sit 19°.

MENISPERMUM PALMATUM. Vide COLUMBO.

* MENTHA PIPERITA. Herba. *Pepermunte.*
Fl. junio ad augustum.

CONSERVA ut CONSERVA ABSINTHII.

* MENYANTES TRIFOLIATA, TRIFOLIUM AQUATICUM, TRIFOLIUM FIBRINUM. Folia. *Waterklaveren, Vezelig- of Water-drijblad, Drijbladige-ruigbloem.*

Dosis, radicis pulverisatæ drachma I.

* EXTRACTUM. PH. B. p. 154.

MERCURIALIS ANNUA. Folia.

DECOCTAM MELLE EDULCORATUM.

Jam ab Hippocrate et Galeno qua laxans commendabatur (PHARM. COLL. REG. LOND.).

MERCURIUS. Vide HYDRARGYRUM.

MEUM FOENICULUM. Vide ANETHUM FOENICULUM.

MEZEREUM. Vide DAPHNE MEZEREUM.

MIRABILIS JALAPPA. Vide R. p. 55. JALAPPA N° 3.

MOMORDICA ELATERIUM. Vid. COLOCYNTHIS.

Succus Momordicæ inspissatus.

Dosis, gr. II—III—X—XII.

MOSCHUS.

* Moschus artificialis.

℞. Olei succini partem unam.
Adde triturando spatula vitrea,
Acidi nitrosi partes quatuor.
Perge triturando donec massa resinosa evadat.

Sal Ammoniacus. PH. B. p. 13.

Dosis, gr. V—X pluries in die; vel drach. II aut III in mixtura VIII—XII unciarum.

Fomentatio Frigidissima.

℞. Hydrochloratis ammoniæ,
Nitratis potassæ â unc. unam,
Aquæ libras quatuor,
Aceti libram unam.
M.

Murias protoxydi hydrargyri. Mercurius dulcis. Vide HYDRARGYRUM N° 3.

* MUSCUS CORALLINUS CORSICUS. *Zee-mos, Wormmos, Drijvend Geranium.*

Dosis, in pulvere gr. X ad drach. II.

Decoctum.

℞. Corallinæ corsicæ unc. unam et semis,
Aquæ fontis unc. duodecim.

Coq. per momentum vase clauso, stent in digestione donec refriguerint, cola et adde Mellis unc. unam.

Dosis, tertia pars jejuno ventriculo tribus consequentibus diebus. Vide TANACETUM.

* MYRRHA-GUMMI-RESINA. *Mijrrhe.*

Dosis, in pulvere gr. III—X.

Extractum Myrrhæ. PH. B. p. 153.

Oleum Myrrhæ per deliquium sive liquamen myrrhæ.

Coque ovum gallinaceum ad duritiem, disseca æqualiter per longitudinem, exime vitellum et hujus locum reple myrrha pulverisata; junge denuo binas albuminis partes et filo suspende in vase vitreo, loco frigidiusculo, usque dum tota liquescat myrrha et liquata per fissuram exstillaverit.

Præstat ex tempore confectum, quod adultius corrumpitur.

Theriaca pauperum, theriaca diatesseron.

℞. Myrrhæ,
Pulv. rad. Gentianæ,
——— Aristolochiæ rotundæ,
—— baccarum Lauri ā unc. duas.
Mellis depurati unc. viginti quatuor.
M. exacte.

Dosis, a scrupulo I—IV, ter vel quater in die.

* Tinctura Myrrhæ. PH. B. p. 172.

Dosis, guttæ XV—XXX.

NASTURTIUM AQUATICUM, SYNSIBRIUM NASTURTIUM. Herba recens. *Waterkers.*

Fl. majo et junio. Tota hieme viret, sic manditur forma acetarii cum aceto et oleo omni anni tempore, et pariter potest ex eo parari

CONSERVA.

℞. Herbæ recentis Nasturtii aquat. q. v.
Sacchari albi duplum pondus f. conserva. Vide COCHLEARIA.

* NICOTIANA, TABACUM. Folia. *Tabak.*

DECOCTUM TABACI.

℞. Foliorum siccorum Tabaci dr. duas.
Aquæ bullientis libram.

Coq. per dimidium horæ quadrantem et cola.

NITRAS ARGENTI FUSUM. Vide LAPIS INFERNALIS. PH. B. p. 127.

NITRAS HYDRARGYRI.

* UNGUENTUM NITRATIS HYDRARGYRI, CITRINUM. PH. B. p. 210.

* NITRAS POTASSÆ DEPURATUM. NITRUM DEPURATUM. Ibid. p. 115.

Dosis, gr. v—x singula vice; drach. II in vehiculo unc. VII cochleatim sumendo.

* NUX VOMICA, STRYCHNOS. *Kraaijen-oogen.*

EXTRACTUM. PH. B. p. 156.

Dosis, gr. II—XII, paulatim ascendendo, in pulvere gr. IV, bis, ter, quater in die, pro adulto. Ascenditur aliquando ad gr. XX, imo XL. Tunc demum dosis sufficiens judicatur, dum ad singulam sumtionem in membro paralytico aliquid spasmodici percipitur dimidia circiter post hora.

OENANCHE vide PHELLANDRIUM AQUATICUM.

OLEA EUROPÆA. *Olijf-boom.* Fructus.

* Oleum Olivarum.

Plura succedanea habet. Imprimis OLEUM PAPAVERIS ALBI.

* OLEUM VITRIOLI. ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM.

OPIUM GUMMI-RESINA, sive SUCCUS INSPISSATUS PAPAVERIS SOMNIFERI.

Dosis, gr. 1/2—I—II, imo (raro tamen) ad grana X, juxta morbi genium, juxta ætatem et consuetudinem ægri; forma pilularum.

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI. PH. B. p. 169.

PULVIS OPII COMPOSITUS. PULVIS DOVERI. Ibid. p. 200.

ORCHIS MORIO. Vide SALEP.

Decoctum Orchidis sive Salep.

℞. Pulveris rad. Orchidis drachmam,
Aquæ puræ unc. duodecim.
Coq. ut remaneat colatura unc. octo.
Sumatur cochleatim.

OXALIS ACETOSELLA. Vide ACETOSELLA.

OXYDUM FERRI NIGRUM. Vide ÆTHIOPS MARTIALIS. PH. B. p. 139.

* OXYDUM HYDRARGYRI NITRATUM, DEUTOXYDUM HYDRARGYRI, MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER. Ibid. p. 128.

* OXYDUM ZINCI NATIVUM. Ibid. p. 139.

FLORES ZINCI seu OXYDUM ZINCI ARTE FACTUM. Ibid. p. 140.

* PAPAVER RHÆAS. *Kolle-bloemen, Kooren-roozen.* Florum petala.

Flores virtutem anodinam et emollientem possident.

* PAPAVER SOMNIFERUM. CAPSULÆ, SEMEN, OPIUM, OLEUM.

SYRUPUS.

℞. Syrupi simplicis libr. duas,
Extracti capitum Papaveris albi drach. unam. M.

Dosis, drach. II ad unc. II.

EMULSIO COMMUNIS.

℞. Seminis Papaveris somniferi contusi unc. tres,
Aquæ bullientis q. s.
F. Emulsio librarum trium.

* EXTRACTUM.

℞. Capitum Papaveris albi a semine liberatorum partem unam,
Aquæ partes octo.

Coq. ad reductionem medietatis, cola exprimendo et vaporet in balneo mariæ ad mellis spissioris consistentiam.

Dosis, gr. I—II grana, bis vel ter in die.

* Oleum obtinetur per expressionem seminis frigidam,

* Opium indigenum per simplicem succi exsiccationem, ut superius innuimus.

ORCHIS MORIO. Radix. Vide SALEP.

PARIS QUADRIFOLIA. Radix.

Dosis, radicis in pulvere drachma I in vomitorium præscribi solet.

PERSICA. Vide AMYGDALUS PERSICA.

PHELLANDRIUM AQUATICUM, foeniculum aquaticum. Semen. *Water-venkel.*

Dosis, radicis pulverisatæ gr. V—XX, pluries in die.
In infuso uncia I pro libra colaturæ.

Tinctura.

℞. Seminis Phellandrii unc. semis,
Alcoholis unc. sex.
Digere per 24 horas et adde
Vini albi unc. sex.
Protrahe digestionem adhuc biduum.

Dosis, guttæ X—LX.

PIMPINELLA SAXIFRAGA. Radix. Masticatorium.

PINUS ABIES et PINUS SYLVESTRIS. Turiones, summitates.

* Tinctura turionum Pini.

℞. Turionum Pini unc. duas,
minutim concisis adde
Alcoholis 15° libram.
Digerantur sex dies, filtra et serva.
Vide adhuc TEREBINTHINA.

Potio antiscorbutica diaphoretica.

℞. Summitatum Pini manip. tres,
Cerevisiæ mensuras duas.
Coq. in diplomate per quadrantem horæ. Cola.
Dosis, unc. IV—VI, ante cibum.

Decoctum turionum Pini.

℞. Turionum Pini pugillos tres,
Aquæ libram unam et semis.
Coq. per quadrantem horæ vase clauso, liquori adde vini albi æqualem quantitatem, et post 24 horas exprime.
Dosis, unc. II et ultra.

* PIX BURGUNDICA. *Bourgonsche Pek.*

PIX SOLIDA, PIX NIGRA. *Harde Pek.*

* UNGUENTUM PICIS, UNGUENTUM BASILICUM. PH. B. p. 211.

PLANTAGO, vide ALISMA PLANTAGO.

PLUMBUM. *Lood.*

* Ceratum saturni.

℞. Ceræ albæ libram semis,
Olei olivarum pintam.

Liquata cera adde sub continua agitatione
Extracti saturni unc. quinque.

CERUSSA. Vide *superius*.

* EMPLASTRUM PLUMBI, EMPLASTRUM COMMUNE seu DIAPALMÆ. PH. B. p. 219.

Hoc solo emplastro obtineri potest quidquid emplastra DIACHILUM SIMPLEX, COMMUNE ADHÆSIVUM, E LAPIDE CALAMINARI, SATURNINUM et id genus alia efficere credita sunt.

EXTRACTUM SATURNI LIQUIDUM, SUBACETAS PLUMBI LIQUIDUM. PH. B. p. 139.

LYTHARGYRUM. Vide PROTOXYDUM PLUMBI.

SACCHARUM SATURNI. Vide ACETAS PLUMBI CRYSTALLISATUM.

* POLYGALA VULGARIS.

Tota planta cum floribus, herba et radice ut Thea usurpatur.

POLYGONUM AVICULARE. *Verkens-gras.*

Dosis, succi unc. II vel III.

POPULUS NIGRA. *Zwarte populier.* GEMMÆ.

Fl. vere.

* Gemmæ verno tempore colliguntur.

UNGUENTUM POPULEUM. PH. B. p. 212.

POTASSA FUSA, LAPIS CAUSTICUS. PH. B. p. 207 et 219.

PROTOXYDUM PLUMBI SEMIVITREI. Vide LETARGYRIUM. PH. B. p. 16.

* QUASSIA EXCELSA. Quassia amara. Lignum. Cortex.
Vide quoque ARCTIUM LAPPA.

Decoctum ligni Quassiæ.

℞. Rasuræ ligni Quassiæ unciam,
Aquæ libras duas.
Coq. ad remanentiam libræ unius et semis.

Eadem proportione Quassiæ et Aquæ paratur Infusum Quassiæ et dosis utriusque est cochlear omni bihorio vel trihorio.

Extractum Quassiæ.

℞. Rasuræ ligni Quassiæ libram,
Aquæ libras octo.
Post digestionem calidam per 24 horas,
Coq. per quadrantem horæ; liquor calens coletur et seponatur; residuum iterum coque per horæ quadrantem cum
Aquæ libris quatuor.

Calide coletur, et liquores mixti et per quietem a fœcibus depurati vaporent in extracti consistentiam.

Dosis, xv—xx grana.

* Tinctura Corticis ligni Quassiæ. PH. B. p. 172.

Dosis, guttæ l—lxxx.

* QUERCUS ROBUR. Cortex.

* Tinctura corticis Quercus.

℞. Cort. Quercus grosso modo pulverisati unc. duas,
Alcoholis 20° libram.
Digerantur per sex dies. Tinctura filtrata servetur.

Dosis, a semi drachma ad drachmas III.

Cortex in pulvere datur a gr. xx—xxx.

In decocto unc. dimidia cum aquæ libra.

RAPHANUS RUSTICANUS. Vide ARMORACEA.

RATANHIA, KRAMERIA TRIANDRIA. Radix. *Drijmannige Krameria.* PH. B. p. 153. Vide TORMENTILLA.

EXTRACTUM. Ibid. p. 154.

DECOCTUM.

℞. Rad. Ratanhiæ unc. semis,
Aquæ fontis libr. duas;

Colaturæ libra una, datur a cochleare uno ad semivitrum.

Substituitur illi Radix TORMENTILLÆ, omni casu.

* RHABARBARUM, RHEUM. Radix.

Dosis, in pulvere qualitate qua purgans a gr. x ad drachmas II dividendas in plures pulveres; qua roborans a gr. v ad x.

INFUSUM sive TINCTURA AQUOSA ALCALISATA.

℞. Radicis Rhei palmati minutim concisæ unc. semis,
Hypocarbonatis potassæ drachmam,
Aquæ destillatæ unc. sex.

Infunde per binas horas igne sensim aucto ad unicam ebullitionem. Colatura per subsidentiam depurata, liquor supernatans decantetur.

Dosis, unc. III—IV.

TINCTURA RHEI VINOSA. PH. B. p. 171.

Dosis, ab uncia dimidia ad unc. II. Sumatur vesperi.

Syrupus Rhabarbari. PH. B. p. 161.

Dosis, pro infantibus parvum cochlearculum repetitis vicibus usque ad sufficientem effectum.

RHAMNUS CATHARTICUS. Succus.

Rob baccarum Rhamni cathartici.

℞. Succi baccarum libras novem,
Sacchari libram unam.

Coq. continuo agitando in rob.

Dosis, a drach. II ad VIII.

RHAMNUS FRANGULA. Cortex siccus et recens.

Dosis, in substantia drach. I, in infuso cum vino albo drach. II—IV.

Adjicitur aliquod aroma aut sal fixum. Ita catharsim excitat; sed recens ad pugillum unum in lacte coctus lene vomitorium constituit.

RIBES INERME.

* Succus Ribesiorum.

℞. Baccarum Ribium maturarum q. v.

Conterantur manibus, deponantur in cavea donec supernatet liquor limpidus, cola exprimendo; expressus succus iterum deponatur in cavea per aliquot dies et colatus conservetur in lagenis longo collo instructis superaffuso pauco oleo.

* Rob Ribesiorum. PH. B. p. 164.

Si debite inspissetur, sine saccharo servari poterit.

* RICINUS COMMUNIS. Oleum.

Dosis, Olei unc. semis ad I et semis.

ROSA CENTIFOLIA. *Bleeke roozen.*

Aqua ex petalis florum recentium destilletur, quæ in lagenis vix nisi simplici charta clausis servatur, nihilominus ætate odoratior evadit.

Obtinentur decem libræ aquæ aromaticæ ex libris iv petalorum recentium. PH. B. p. 186.

* ROSA GALLICA, rosa damacena. *Roode roozen.* Petala.

Fl. a martio per totam æstatem in calidis regionibus.

Conserva Rosarum ex petalis, ut conserva absinthii parari potest.

* Mel Rosarum. PH. B. p. 105.

* RUMEX ACUTA et AQUATICA. Radix.

Extractum.

℞. Radicis Rumicis acutæ libram,
Aquæ fervidæ libras quatuor.

Macera per 24 horas subin agitando et cola. Macera residuum nova aqua, iterum cola, et liquores mixti balneo maris vaporent ad extracti consistentiam.

Dosis, scrupulus i—iii.

SABINA. Vide JUNIPERUS SABINA.

SACCHARUM- sive SAL SATURNI. Acetas plumbi.

SAGO et foecula solani tuberosi.

* SAL AMMONIACUM. Murias ammoniæ. PH. B. p. 12 et 126.

* SAL GLAUBERI. SULPHAS SODÆ. Ibid. p. 12 et 115.

* —— MARTIS, SULPHAS FERRI. Ibid. 18 et 135.

* —— POLYCHRESTUM, SULPHAS POTASSÆ. Ibid. p. 18 et 114.

* —— TARTARI, SUBCARBONAS POTASSÆ. Ibid. p. 109.

Hoc solo alcalino sale satisfit omnium alcalinorum salium vegetabilium extensæ segeti in officinis plerisque adhuc prostanti, ut quod in nihilo ab his differat.

* SALEP. Vide ORCHIS MORIO et SOLANUM TUBEROSUM.

INFUSO-DECOCTUM SPISSIUSCULUM RADICIS SALEP.

℞. Pulveris radicis Salep drach. unam,
Dissolve in aquæ unciis octo,
Coq. per unum aut alterum minutum.
Sumatur cochleatim.

Nota : optime dissolvitur si primo quadrantem horæ vel diutius infunditur aquæ frigidæ et dein affunditur aqua fervida donec miscela aliquatenus inspiscescat, tandem per momentum bulliat.

Auctore illust. HARBAUR nonnullis in casibus decoctum radicis Althææ vicem radicis Salep supplere valet.

Vide quoque R. p. 266 methodum parandi speciem Salep ex tuberis solani esculenti.

* SALIX ALBA,
——— FRAGILIS,
——— PENTANDRIA,
——— VITELLINA.
} *Wilgen-boom.* Cortex.

Cortex ramorum unius vel duorum annorum.

Dosis, pulveris scrupulus ad drachmam.
In decocto adhibetur unc. I pro colatura unciarum VIII.

Extractum. PH. B. p. 154.

Dosis, gr. x-xx cum aliqua aqua aromatica.

* SALVIA. *Salie.* Summitates et folia.
Fl. ab aprili ad junium.

Infusum spirituosum nervinum.

℞. Foliorum et summitatum Salviæ unc. unam.
Spir. vini libram.
Digerantur frigide tres dies et cola.
Dosis, uncia dimidia omni tertia hora.

Collutorium ad gingivas.

℞. Herbæ Salviæ pugillum,
——— Cochleariæ pugillos duos,
Infundantur vini albi libris duabus,
Insolentur.
Eo colluatur os bis vel ter indies.

* SAMBUCUS EBULUS et SAMBUCUS NIGRA. Flores, Baccarum succus, cortex medianus recens.

Infusum aquosum duarum unciarum florum Sambuci siccorum, calide sorbillatum valide sudorem excitat.

* Rob Sambuci. Vide PH. B. p. 164.

Pharmacopœa Austriaca addit pro libris novem succi tantum libram I sacchari; et pharmacopœa Sardoa simpliciter succum balneo maris inspissat absque saccharo.

Dosis, unc. I aut plus titulo diaphoretici.

Drasticum Sambucinum.

℞. Corticis mediani Sambuci recentis unc. tres.

Coq. leni igne in lactis libra ad unc. ix. Cola.

Dosis, omni quadrante horæ tassa donec evacuatio rite sequatur.

SANTONICUM. Semen. Vide TANACETUM.

Dosis, pulveris seminis santonici gr. x—xx pro pueris.

* SAPO ALBUS, ALICANTINUS, VENETUS, MEDICATUS. PH. B. p. 74 et 178.

Dosis, gr. x—xxx.

In aqua solutus et affatim potus Arsenici antidotum est.

* **Emplastrum de Sapone.** PH. B. p. 220.

Sapo Aromaticus, *Opodeldoch.* Ibid. p. 179.

SARSAPARILLA. Radix. Vide DULCAMARA etc.

Decoctum Sarsaparillæ.

℞. Rad. Sarsaparillæ unc. sex,
Aquæ libras octo.

F. Digestio moderato calore, dein exime radicem et contundatur, contusam coq. cum liquido digestionis ad medietatis remanentiam.

Dosis, semilibra ter vel quater in die.

De SMILACE ASPERA omnia eadem.

* SCAMMONIUM.

Dosis, in pilulis cum sapone albo gr. v—xv.

* SCILLA MARITIMA. Radix.

Dosis, in pulvere sive Scillæ præparatæ gr. I—V paulatim ascendendo. Vide COLCHICUM AUTUMNALE.

ACETUM SCILLÆ. PH. B. p. 166. Vide MEL.

SEDUM ACRE, SEDUM MINUS. *Muurpeper.* Herba recens

In cataplasma contusa et cancro aperto applicata profuit.

CEREVISIA ANTISCORBUTICA.

℞. Sedi acris pugillos octo,
Cerevisiæ libras octo.

Reducantur coquendo ad medietatem,

Dosis, unc. III vel IV jejuno ventriculo.

* SENNA. Folia et Folliculi.

INFUSUM SENNÆ LAXATIVUM.

℞. Foliorum sennæ drach. unam—quatuor,
Aquæ fervidæ unc. sex—octo.

F. infusum.

Coqui non possunt: etenim coctio non modo tormina creat, sed et purgandi vim infringit.

Dosis pulveris, scrupuli II.

Convenit ut aliis uniatur v. g. Manna, Tamarindis, salibus neutris.

Vide ELECTARIUM LENITIVUM. PH. B. p. 201.

* SERPENTARIA VIRGINIANA. Radix.

Dosis, radicis in pulvere gr. V—X—XX.

TINCTURA. PH. B. p. 171.

Dosis, drach. I—II.

* SINAPIS ALBA et NIGRA. Semen.

Dosis, seminis integri et non masticati cochlear quater in die.

Cataplasma Epispasticum.

℞. Seminis sinapeos grosso modo pulverisati q. p.
Aceti q. s.

F. Sinapismus. Miscetur ordinarie cum pane secalino, vel huic aceto impraegnato superextenditur.

SISON vide ANISUM.

SMILAX ASPERA. Sarsaparillæ succedaneum.

SOLANUM DULCAMARA vide DULCAMARA.

SOLANUM TUBEROSUM vide SAGO, SALEP etc.

Salep artificialis sic paratur:

℞. Tubera Solani esculenti q. p.

Coq. in aqua. Dum aqua ebullitioni proxima est, removeantur ab igne, decorticentur, transversim in frusta scindantur, exponantur 30 horas calori furni, postquam panis exemtus est: eo temporis spatio satis siccantur et instar cornu pelluciditatem et duritiem acquirunt, non secus ac gummi arabicum pulverem album largiuntur (Parmentier).

* SPIGELIA MARILANDICA, anthelmia. *Marilandsch Wormkruid.*

Præscribitur forma pulveris ad unam alteramve drachmam, vel in infuso ad duplam triplamve quantitatem pro adulto. Pro infante 12 annorum in pulvere gr. xii, in infuso drachmæ ii—iv. Lacte gratum reddi potest et instar infusi Thææ soberi. Vide TANACETUM.

SPINA CERVINA. Vide RHAMNUS CATHARTICUS.

* SPIRITUS CORNU CERVI, SUBCARBONAS AMMONIÆ PYROANIMALE LIQUIDUM. PH. B. p. 113.

* SPIRITUS FRUMENTI pro Tincturis.

* SPIRITUS MINDERERI. Vide ACETAS AMMONIÆ LIQUIDUM.

* SPIRITUS NITRI DULCIS. Vide ÆTHER NITRICUS ALCOHOLICUS.

* SPIRITUS SALIS AMMONIACI. Vide AMMONIA LIQUIDA.

* SPIRITUS SALIS MARINI. ÆTHER MURIATICUS.

* SPIRITUS VINI. Vide ALCOHOL VINI.

* SPIRITUS VITRIOLI. Vide ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

STALAGMITES GAMBOSIOIDES, GUMMI GUTTA GUMMI RESINA.

* STAPHISAGRIA. Semen.

UNGUENTUM CONTRA PEDICULOS,

℞. Seminis staphisagriæ pulverisati drach. duas.
Cerati simplicis drach. sex.
M.

STRAMONIUM. Vide DATURA STRAMONIUM.

STRYCHNOS. Vide NUX VOMICA.

SUBCARBONAS AMMONIÆ, ALCALI VOLATILE CONCRETUM.

SUBCARBONAS AMMONIÆ PYROANIMALE LIQUIDUM. Vide SPIRITUS CORNU CERVI.

SUBCARBONAS CALCIS. Vide CRETA ALBA.

——————— MAGNESIÆ.

——————— PLUMBI, CERUSSA.

——————— POTASSÆ, SAL TARTARI.

——————— SODÆ, BORAX.

SULPHAS ALUMINÆ. Vide ALUMEN.

———— FERRI, FERRUM SULPHURICUM CRYSTALLISATUM, SAL MARTIS, VITRIOLUM MARTIS. PH. B. p. 135.

Venale plerumque impurum est; idcirco paretur ab ipso pharmacopola.

SULPHAS MAGNESIÆ DEPURATUM. PH. B. p. 122.

———— POTASSÆ, SAL POLYCHRESTUM. Ibid. p. 114.

———— QUININÆ. Vide CINCHONA.

———— SODÆ, SAL GLAUBERI. Ibid. p. 115.

———— ZINCI, VITRIOLUM ALBUM. Ibid. p. 140.

* SULPHUR DEPURATUM, sive SULPHUR SUBLIMATUM, aut FLORES SULPHURIS VENALES LOTI. PH. B. p. 95.

Dosis, gr. v—x quatenus diaphoreticum; gr. xx—xxx quatenus laxativum.

Pulvis catharticus absorbens.

℞. Florum sulphuris,
Subcarbonatis calcis depurati ā unciam.
M.

Dosis, gr. x—xx pro infante; dimidia ad integram drachmam pro adulto.

* Unguentum ad Scabiem (Harbaur).

℞. Sulphuris depurati libram,
Saponis communis libras duas,
Aquæ q. s. f. unguentum debitæ consistentiæ.

F. inunctio bis in die, in superioribus corporis extremitatibus.

SULPHUR PRÆCIPITATUM, lac sulphuris. PH. B. p. 95.

SULPHURETUM HYDRARGYRI NIGRUM. Æthiops mineralis. Ibid. p. 129.

SULPHURETUM POTASSÆ, hepar sulphuris. Ibid. p. 126.

SULPHURETUM STIBII NATIVUM, antimonium crudum. Ibid. p. 19.

SULPHUR STIBIATUM RUBRUM, kermes minerale. Ibid. p. 143.

Dosis, ad unum, duo, tria grana præscriptum, præstans alterans, aperiens resolvens est.

SUPEROXALAS POTASSÆ, SAL ACETOSELLÆ. PH. B. p. 79.

SUPERSULPHAS ALUMINÆ ET POTASSÆ SICCATUM, ALUMEN USTUM. Ibid. p. 122.

SYMPHITUM, CONSOLIDA MAJOR. *Smeer-wortel.*
Fl. ab aprili ad julium.

Decoctum.

℞. Radicis symphiti unc. semis,
Aquæ fontis unc. sedecim.
Reducatur coquendo ad dimidium.

TAMARINDI. Fructus.

Decoctum.

℞. Tamarindorum unc. unam, alteramve,
Coq. in aquæ fontis q. s. ad remanentiam unc. octoduodecim.

Pulpa Tamarindorum, vel Prunorum.

℞. Fructuum Tamarindorum vel Prunorum q. p.
Exemtis nucleis solvantur aquæ calidæ q. s. et per cetaceum trajiciantur.
Pulpæ hujus lento igne ad mellis consistentiam reductæ libræ uni adde
Sacchari brunei unc. sex.
Coq. ad debitam consistentiam.
Dosis, ad uncias II.

Serum lactis Tamarindinatum.

℞. Lactis vaccini libram unam et semis.

Adde lacti calefacto Tamarindorum contusorum unc. tres.

F. coagulum; bulliat paululum et filtretur.

* TANACETUM OFF. Semen.

Dosis, seminis pulverisati pro pueris gr. x—xx, pro adultis gr. xxx—lx.

Possent addi II—IV grana calomelæ et mellis q. s. ut f. bolus. Vide priorem partem.

INFUSUM.

℞. Seminis drach. duas—quatuor pro colatura unciarum trium—sex.

TARAXICUM. Vide LEONTODON TARAXICUM.

* TARTARUS EMETICUS. Vide TARTRAS POTASSÆ STIBIATUM.

* TARTRAS POTASSÆ, TARTARUS TARTARISATUS, SAL VEGETABILE. PH. B. p. 118.

Dosis, qua resolvens gr. x—xxx pluries in die, et qua laxans unc. dimidia ad integram.

TARTRAS POTASSÆ ACIDULUM. Vide CREMOR TARTARI DEPURATUS, CRYSTALLI TARTARI. Ibid.

* TARTRAS POTASSÆ STIBIATUM, TARTARUS EMETICUS. Ibid. 145.

Præfertur Ipecacuanhæ et Asara ubi simul vis ejus cathartica potest esse utilis.

UNGUENTUM STIBIATUM, CUTANEAM ERUPTIONEM PROVOCANS.

℞. Tartari emetici drachmam,
Axungiæ porcinæ unciam,
M. exacte.

Affricetur tantillum bis indies loco quo eruptio desideratur.

Clysmata acuendi ergo, grana III—IV—VIII tartari emetici iis addi possunt.

* TEREBINTHINA.

EMULSIO TEREBINTHINACEA.

℞. Terebinthinæ drach. II.
Mucilaginis gummi arabici unc. semis.
Tritura et sensim admisce
Mellis unc. I et semis,
Aquæ fœniculi unc. IX.
Spiritus nitri dulcis drach. II.

DOSIS, cochlear quater in die in morbis chronicis vesicæ et urethræ.

PILULÆ TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ coctæ unc. semis,
Pulveris Liquiritiæ q. s.
F. pilulæ gr. V.
DOSIS, pil. I—II ter vel quater in die.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ q. v.
Aquæ q. s.

Destilla ex vesica apposita excipulo florentino, donec oleum transire cesset, quod ab aqua debite separatum servetur.

Dosis, I—V gutt. cum pulvere gummoso vel vitello ovi.

Topicum optimum est vulneribus nervorum, tendinum, membranarum tepide applicatum.

Oleum Terebinthinæ sulphuratum, balsamum sulphuris terebinthinatum. PH. B. p. 193.

Unguentum digestivum simplex.

℞. Terebinthinæ libram
Vitella ovorum N° XII.
M. exacte et adde
Mellis libram semis.
Servetur usui.

TERRA FOLIATA TARTARI. Vide ACETAS POTASSÆ CONCRETUM.

THYMELÆA. Vide DAPHNE MEZEREUM.

TILIA EUROPÆA. *Linde-boom.* Flores.
Fl. julio.

Aqua Florum Tiliæ. PH. B. p. 186.

* TORMENTILLA ERECTA. Radix.

Dosis, radicis pulverisatæ gr. X—XXX.

Decoctum uncia I pro colatura unc. XII.

Extractum Aquosum (*).

Dosis, gr. XX—XXX.

Optimum roborans adstringens est et pluribus substituitur (Harbaur) : accedit mea experientia.

(*) Præstat illam in substantia præscribere, quod vires quovis menstruo non admodum facile extrahantur.

COLLUTORIUM ORIS SEDATIVUM.

℞. Radicis Tormentillæ contusæ unc. semis.
Coq. in s. q. aceti per quadrantem horæ et colaturæ libræ dimidiæ adde
Opii puri gr. tria.
M.
Æger sæpius partem liquoris ore detineat.

TINCTURA TORMENTILLÆ. PH. B. p. 172.

DOSIS, a gut. x—xxx.

TRIFOLIUM AQUATICUM. Vide MENYANTHES FOLIATA.

TRIFOLIUM MELILOTUS. *Meliloten.* Folia et flores.
Fl. integra æstate.
Flores admodum emollientes in cataplasmatibus.

TRITICUM REPENS. Vide AGROPYRUM.

TUSSILAGO. Vide FARFARA.

* ULMUS CAMPESTRIS, ULMUS PYRAMIDALIS. *Olmenboom.* Cortex interior.

DECOCTUM corticis mediani, celebre in pertinacibus morbis cutaneis herpeticis.

℞. Corticis mediani ramorum ulmi unc. quatuor,
Aquæ libras duas.
Coq. ad remanentiam medietatis.
DOSIS, bis in die unc. VI.

Si additur dupla aquæ quantitas et decoctio etiam ad medietatem fit, oportet ut æger unc. III—IV ter vel quater in die bibat.

* UNGUENTUM BASILICUM, UNGUENTUM PICIS. PH. B. p. 211.

* ——— FUSCUM, sive ACETATIS PLUMBI CARBONATUM. Ibid. p. 208.

* ——— MERCURIALE, sive HYDRARGYRI. Ibid. p. 210.

——— NITRATIS HYDRARGYRI, CITRINUM. Ibid.

——— AD SCABIEM. Vide SULPHUR.

* ——— DE STYRACE. Ibid. p. 213.

URTICA PILULIFERA.

* EXTRACTUM seu SUCCUS INSPISSATUS.

℞. Herbæ urticæ q. p.

Contusæ in mortario marmoreo exprimatur succus, qui per quietem depuratus in balneo maris vaporet ad mellis spissioris consistentiam.

Dosis, a gr. x—xxx.

UVA URSI. Vide ARBUTUS UVA URSI.

VACCINIUM MYRTILLUS. Succus fructuum inspissatus et folia.

* VALERIANA OFF. Radix.

Dosis, radicis pulverisatæ a scrupulo I—VI.

* TINCTURA. PH. B. p. 171.

Dosis, drach. I—IV.

INFUSUM VALERIANÆ.

℞. Radicis valerianæ drach. tres,
Aquæ bullientis unc. octo.

Stent in digestione poculo clauso, donec refriguerint et cola.

Dosis, cochlearia duo omni bihorio.

* VERBASCUM TAPSUS, VERBASCUM ALBUM. *Wollekruid.* Folia, Flores.

Fl. a junio ad septembrem.

Flores qua ratione generantur ea quotidie illos colligere, promte siccare et dein in pixide lignea arcte recondere expedit.

Infusum florum aliquot menses collectorum instar infusi Theæ usurpatur, quatenus gratum satis et pectori valdopere amicum.

VIOLA ODORATA. Flores.

* Syrupus.

℞. Aquæ pluvialis fervidæ pint. duas,

Affundantur petalorum florum violarum in mortario marmoreo contusorum libræ uni et semis.

Stent per noctem in digestione; dein cola et adde mellis optimi libras v.

Dosis: unum alterumve cochlear, ad alvum laxandam infantibus loco Mannæ præscribitur.

Radices Violæ odoratæ radicibus Ipecacuanhæ surrogantur; præferendæ vero Radices Asari Europæi.

VIOLA TRICOLOR, VIOLA TRINITATIS. Herba.

Quæ in hortis colitur ferme iners est.

Decoctum.

℞. Herbæ violæ tricoloris drach. sex.

Aquæ fontis q. s. ut post coctionem colatura sit unciarum sex.

Dosis, cochlear omni hora donec alvus laxetur. In multo minori dosi diuresim movere dicitur.

Dosis, in pulvere drachma dimidia ad integram.

Extractum.

℞. Herbæ Violæ tricoloris partem unam,
Aquæ bullientis partes sex.

Coq. per quadrantem horæ et cola premendo. Coq. residuum nova aqua et cola. Binas colaturas junctas balneo mariæ evapora.

Dosis, a gr. xv-xl.

* VITRIOLUM ALBUM. Vide ZINCI SULPHAS.

* WINTERANUS CORTEX, cortex magellanicus, winteranea canella, canella alba. *Witte Kaneel.* Cortex.

Dosis, corticis pulverisati gr. xx—xxx.

Tinctura.

℞. Corticis Winterani pulverisati unc. quatuor.
Alcoholis libram unam et semis.

Digere per quatuor dies et filtra.

Dosis, drach. i—iv.

* ZINCI OXYDUM, flores Zinci. PH. B. p. 140.

Dosis, gr. 1/2—iv pro pueris. Pro adultis gr. iv—x in pulvere vel in pilulis pluries in die.

ZINCI SULPHAS, vitriolum album. PH. B. p. 140.

Externe stipticum est et repellendi causa collyriis additur a gr. 1/2—i—x in singula aquæ uncia; plus minus pro majori minorive partis ægræ sensibilitate.

Ad drachmam dimidiam assumtum vomitorium præbet valde prumtum in casu assumti veneni narcotici solum

administrandum ad gr. II—III—V in aqua dissolutum, omni decimo horæ minuto, donec operetur. Sic illustrissimus HARBAUR.

ZINZIBER, ZINGIBER, AMOMUM ZINZIBER. *Gember.* Radix. Validum stomachicum est.

Radix quæ ex India nobis condita transmittitur fere pellucida est, quæ autem in Europa præparatur opaca est et fibrosa.

Radix in pulvere datur ad gr. x—xv—xx, condita ad drachmam dimidiam et ad integram.

Vinis medicatis ad unc. semis additur.

Quæ in fine Repertorii ad inducendum indigenorum remediorum usum adminicula indicavi, hic quoque in mentem revocari merentur. Insuper et hoc reflectendum, nequaquam æquum fore a pharmacopolis exigere ut omnia insueta tum simplicia tum præparata et composita, quæ hic proponuntur, in officinis suis congerant. Zelatorum vero medicorum est et chirurgorum, ut post lectum hoc aut simile opusculum, et inde sine præjudicio pensitatis singulis, ipsos tempestive commoneant de comparandis et præparandis iis quæ præscribere gestiunt.

ERRATA.

Pag. 7	lin. 11	*priore*	Lege	*priori*
»	14	*posteriore*		*posteriori*
8	11	*ommes*		*omnes*
»	21	*utilitati*		*utilitate*
14	7	PETROCELINI		PETROSELINI
»	26	diresi		diæresi
15	1	Radia		Radix
»	29	BRUNIE		BEUNIE
18	24	TIBER		SIBER
37	4	XX—LX		X—LX
43	24	COMPOSITU		COMPOSITUS
50	1	EMPLASTRUM		* EMPLASTRUM
51	26	Tiber		siber
53	11	EMPLASTRUM		* EMPLASTRUM
»	16	EXTRACTUM		* EXTRACTUM
55	11—13	Cum Cinnam. etc.		*delenda.*
56	17	radicis		fructus
»	20	gutta		guttæ
60	11	residium		residuum
63	10	Pomi aurantii amari		Pomum aurantium amarum
64	18	insissatus.		inspissatus
68	11	f. trochisci		trochisci
71	15	dies		die
74	21	TETROXYDUM MAGNESII		*delendum.*
76	18	DECOCTAM		DECOCTUM
77	inter lin. 9 et 11 pone:			MURIAS AMMONIÆ
83	9	mensuras duas		libras VIII
84	24	SEMIVITREI		SEMIVITREUM
86	5	TRIANDRIA		TRIANDRA
92	22	Manna		Mannæ
»	24	ELECTARIUM		ELECTUARIUM
93	12	etc.		p. 30
95	9	SUBCARBONAS		SUBBORAS SODÆ
98	24	Asara		Asaro
99	26	apposita		apposito
101	10—11	FOLIATA		TRIFOLIATA
106	10	quæstium		quæsitum

OPUSCULA AUCTORIS.

Dissertatio botanico-medica etc. sive Responsum ad quæstionem hanc : *Quænam sunt plantæ Belgicæ, quas exoticis, respective ad varios vitæ usus substituere possumus?* quod anno 1783, quoad argumentum med., cæsar. reg. acad. scient. et litt. Bruxellensis publicum applausum retulit. Gandavi, apud J. F. van der Schueren, 1785.

Epitome Dissertationis coronatæ cel. Burtin de aliquot plantarum exoticarum succedaneis in Belgio reperiundis. Ibid. 1785.

Responsum ad quæsitum : *Quæ tum medica, tum politica præsidia, adversus periculosos inhumationum præfestinatarum abusus?* Cui palmam secundo loco detulit cæsar. reg. acad. superius dicta 1787. Bruxellis, typis reg. acad. 1788.

Gekroonde Verhandelinge, tot antwoord op de vraeg : *Aen te toonen de inlandsche gewassen, bekwaem om olien te maeken, die men met goeden uytval en zonder gevaer zoude konnen stellen in de plaetse van d'olyf-olie; over de maniere van deze olien te bereyden en te bewaeren; en eyndelyk over hunnen prys, onderstellende eenen gegeven prys van de stoffen waer uyt men de zelve trekt.* Gekroond door de keyzerlyke en koninglyke academie der wetenschappen en letterkunde van Brussel, ten jaere 1788. Bruxellis, typis reg. academiæ, 1788.

Huys- en Reys-Apotheek van den ridder en zweedsch-koninglyken-lyf-arts Rosen van Rosenstein; uyt het hoogduytsch vertaeld en met notjes voorzien. Te Gend, by Bernard Poelman.

Tractatus de exutoriorum delectu, concinnatus ex binis dissertationibus in soc. reg. med. Paris. annis 1790 et 1791 successive præmio æmulationis (numismate aureo) honestatis.

Dissertation sur la manière de faire l'*Uytzet* et sur sa salubrité, comparée avec celle des autres bières et autres boissons (vin, thé, caffé, eau, etc.). A Gand, chez Charles de Goesin, an VI (1798, v. st.).

Essais pratiques sur quelques remèdes usités à l'hôpital civil de Gand. Gand, 1807.

Handboek voor den dienst der zieke, door M. Carere, uyt het fransch overgezet. Gend, 1808.

Repertorium remediorum indigenorum exoticis in medicina substituendorum, coronatum a societate regio-medica Burdigalense, 1809.

Commentarius de Dysenteria. Gandæ, 1810.

Bemerkingen over de noodzakelykheyd der ziekediensters tot het genezen der zieken. Gend, 1825.

Dispensatorium pharmaceuticum, Belgii pauperibus congruum atque dicatum. Gandavi, apud Vanryckegem-Hovaere, 1830.

Alle deze werken zyn te bekomen by den Drukker dezer.